





DE
INTESTATORVM ATHENI-
ENSIUM HEREDI-
TATIBVS

10

1778, 2

DISSERTATIO PRIMA.

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO
GRADV. DOCTORIS
LEGITIME OBTINENDO
DEFENDET
AVCTOR RESPONSVRVS
FRIDERICVS NATHANAEL VOLCMARVS.



AD DIEM XVI. OCTOBRIS MDCCLXXVIII.
IN AVDITORIO ICTORVM HORIS ANTE ET POMERIDIANIS.

TRAIECTI AD VIADRVN,
E TYPOGRAPHEO WINTERIANO.





ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
CAROLO ABRAHAMO
LIBERO BARONI
DE ZEDLITZ
AVGVSTISSIMI BORVSSORVM REGIS
IN CONSILO SENATVS, ET IVSTITIAE SANCTIORI
ADMINISTRO ACTVALI
SVPREMI CONSISTORII, OMNIVMQVE RERVVM
ECCLESIASTICARVM
SVMMO DIRECTORI
REGIARVM ACADEMIARVM CVRATORI
SPLENDIDISSIMO

* 2

DO



DOMINO ATQVE MAECENATI

SVO CELSISSIMO

SVMMA ANIMI DEMISSIONE

D. D. D.

AVCTOR

FRIDERICVS NATHANAEL VOLCMARVS.

CA-



19

PRAEFATIO

AD

LECTOREM.

De intestatorum Atheniensium hereditatibus disputaturo a me, nec multi scriptionis rationem postulant. Argumenti elegantia, cum nec vllus ex *insituto*, qui et praestantiae eius satisfecisset, hereditatum

A

ditatum

ditatum legitimarum harum rationem exposuerit,
iuris interpretem efflagitare mihi visa est.

Qui huius rei difficultates norunt, nec succensebunt mihi, etsi quaedam, a me recensenda, neglecta sint. Possum falli ut humanus. Humanitatis *Tuae* est ignoscere.

Qui institutum inutile et otiosum putat, cum eo mihi res non est. Qui vero Themidem contemserit Atticam, vetabo

— — sub iisdem

Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaselum. Saepe Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum.

CA-

CAPVT I.

DE

SVCCESSIONIS LEGITIMAE EX IVRIS AT-
TICI CAPITIBVS VARIA APPELLATIONE;
NOTIONE ET SPECIEBVS.

Obseruaciones quasdam ad legitimam ex iure attico successionem iuris publici facere qui apud me constitui: antequam ad ipsam legem, quae de ea cauent, me accingam interpretationem, recensamque ipsius notionem successionis, quosque huius iuris capaces declaraverint leges atticae, aliaque: de varia ipsius appellatione praemittenda mihi visa sunt quaedam, vt doctrina ista, digna, quae Senatus interpretum industriam occupet, paullo altius repetatur.

Quodsi eorum, qui rem graecam scriptis illustrarunt suis, te occupauerit lectio, certe ab iis acceperis, successionem, quam ab intestato alii, aliique legitimam dicunt, Graecis venire sub verbo: κληρονομία κατ' ἀρχισείαν (a), et eleganter quidem! Sic et Graecis ἀρχισεία (b)

A 2

a) Pura quae ab intestato defertur legitimis heredibus. Cf. HENR. STEPHANVM in *Thef. ling. graec. To. II. f. v. κληρονομία*, κληρος enim fors latine dicitur. Vid. CLAVD. SALMASTIVM de *vstus Lugd. Bat. 1638. Cap. V. pag. 189.* Aliam et significacionem exhibet IO. MEVRSIVS in *Glossario graecobarbaro* quod in vulgus emanauit *Lugd. Bat. 1610. pag. 312.* Vel quod forte obvenit DIONYS. HALICARNASS. *Antiquit. romanar. L. VIII. edit. Sylb. pag. 543.* Verum autem saepissime κληρον pro κληρονομία accipi, a Graecitate ne quis putet alienum, quaedam iam quae nec desiderantur, addam exempla. Sic *Homerus Il. —*

τρία (b) ius est successionis legitimae. Hac quoque in re dictionis graecae optime consuluerunt elegantiae isti, quibus

Graius ingenium, Graius dedit ore rotundo
Musa loqui (c).

Ac si cognatio omnisque necessitudo et quam successori- bus licet repraesentandi ius defunctorum personam, tam arcto contineri vinculo viderentur, ut utrumque (puta et necessitudinis et legitimae ius successionis) eandem prorsus sonent significationem, cum sub quo et necessariis, cognatosque, et eodem verbo comprehenderent successo- res, ut ita dicam, legitimos.

Κλήσεις ἐξ ἀδιαθέτης vocantur in aliquo iuris nostri loco (d) Hereditates, ex intestati causa in alios transfe- rendae. Inscripta enim est Constitutio Nouella: ἀναίρει τὰ ἀγνατικά καὶ κογνατικά δίκαια καὶ τυπῶι τὰς ἐξ ἀδιαθέτης κλήσεις. τὰ κογνατικά tamen spurium esse atque tol- lendum, praeter IO. GOTTL. HEINECCIUM (e) mon- uit iam IO. FRIED. Hombergk zu Vach (f).

Haec

ἀλλ' ἄλοχός τε σὴν καὶ παῖδες ὀπίσσω, καὶ οἶκος καὶ κληρος ἀκηρατός. Huius vero loci contra *Eustarhium*, propter alium, qui huic respondet et apud eundem legitur poetam vin- dex HENR. STEPHANVS l. c. Sic et ISAEO: κληρος ἐπίδι- κος. Cuius orationes inscriptae sunt: ὕπερ κληρον κ. τ. λ. Exinde κληρονόμος, heres. κληρονομία vero hereditas. κατ' ἀγχισειαν, quae defertur secundum gradus cognationis.

b) ἀγχισειά, idem quod συγγένεια. HESYCH. *Lex. edit. Schrevel. Lugd. Bat. et Roterod.* pag. 19. h. v. Cognatio, ius quod ex ne- cessitudine petitur. Quam ἀγχισειαν, quem vide G. BV- DAEVS in *Comment. Ling. graec.* pag. m. 113. vocem κληρονο- μίαν κατ' ἀγχισειαν interpretaturus cum omni interpretum familia ius legitimae successionis exponere haud dubitavit. Cui praeter alios et adde HENR. STEPHANVM l. c.

e) *Horat. de art. poet.*

d) Puta in Graeca epigraphe Nov. CXIII. apud Haloandrum.

e) ad *Barn. Briffonii op. de V. S. v. ἀγνατικόν.*

f) in nouellis Constitutionibus Iustiniani A. e graeco in latinum con- versis, *Marb. Carror. 1717. Collat. non. tit. l. u. l. pag. 777.*

Haec de legitimae Successionis appellatione. Plura vero aut quaeque vulgaria repetere, nec vacat; nec Grammaticum agere nostri patitur instituti ratio. Sed omnem Grammaticorum saluere iubeo familiam, cum quaedam quae ad huius notionem spectant exposuero, ad ipsius iuris recensionem transiturus.

Succedere, sed in genere quidem, dicimur, cum ius alterius quod erat, nostrum esse incipit. Est ergo omnis successio adquisitio iuris antea alterius. Sed age! Omnium cum rerum humanarum ea sit natura, ea indoles, ut sine ratione, sine causa quadam, cogitari nequeat earum vlla: numne et Successionum in iura alterius eadem et erit natura, eadem et indoles? Responso nec aleam spectat. Ius igitur alterius quod erat antea, vel ideo nostrum esse incipit, quia alter diem suum obiit supremum, vel minus. Fac prius; et successionis in specie sic dictae euolues notionem. Est igitur successio in specie sic dicta, adquisitio iuris alterius ideo facta, quia alter defunctus est. Cum vero sine lege non detur iuris praedicatum, sed lex talem adprobans acquisitionem iuris alterius adesse, et, ut verba mea istis respondeant, titulus et modus acquirendi ei inesse debeat: facillimo intelliges negotio, ius succedendi in bona et iura alterius vtrumque vindicare sibi. Requiritur itaque et factum ex quo tale ius proficiscitur, et lex tale factum quae adprobat. Factum hoc iam vel erit defuncti cuiusdam mentis declaratio, vel minus (g). Pone casum posteriorem: iam tibi notio Successionis ab intestato, seu legitimae. Si ad legem respexeris, quae tale factum iuris succedendi constituit fontem (h), vel ista lex erit iuris, vel quo romani,

A 3

vel

g) Adeas G.V. RANCHINVM in tr. de Succession. ab Intest. §. I. n. 6. in Thes. iur. Civ. Meermann. pag. 195.

h) Titulus enim, inquit Ill. CE. SAM. MADIEN, Vir in honorem iuris et aevi nostri natus, in Institutionib. I. C. L. II. tit. 13. iuris hereditarii ab intestato est ratio ex lege, quare iam ius succedendi ab intestato nobis competat.

vel quo Athenienses, aliiue vsi sunt, particula (i). Inde Successio vel romana, vel attica. Nostrae igitur successionis titulum constituit Lex attica; modum vero seu causam, casus ille, quo existente leges iam atticae ad determinatos quosdam hereditatem transferri iubent, siue qui abiit

illuc, vnde negant redire quemquam vltimum suum elogium composuerit, siue minus.

Leges atticas ipsas, sparsos legam flores. Quando vero successio nostra ex causa intestati locum suum sibi vindicet? nunc exponam. Qui vero ad hereditatem istam capessendam a lege vocentur? nec deero iis, qui ex me quaerunt.

Successio ab intestato ex iuris attici conceptu locum sibi tantum vindicat, si quis defunctus testamentum facere non potuit; aut ipsi sibi linum, ut intestatus decederet, abripuit; vel si cuius hereditas repudiata (ii) est, conditioque defecit (k). Defertur vero vel ex iure sanguinis, vel minus. Ex iure sanguinis primo vocantur Descendentes; et inter descendentes quidem primum locum occupant filii legitimi et sui. Secundum, filiae legitimae et suae. Tertium locum, adoptiui et postumi. Quartum liberi, quos legitimos heredes haud declarant leges atticae.

CA-

- i) Inde illa successionum ex intestati causa varietas. Cf. ANT. SCHVLTINGIVM in *Commentar. Academ. Vol. II. orat. IV. edit. Halens.* pag. 144.
- ii) Vid. ALB. DIET. TRECKELIVM de origine et progressu Testamentifactionis, praesertim apud Romanos. Cap. 3. §. 5. edit, Lipsiens. p. 65.
- k) Verba sunt I. PAVLI Sent. Recept. L. IV. Tit. 8. §. 1. quaeque in *Collat. LL. Mosaic. et romanar.* leguntur p. 794. Cf. quae SCHVLTINGIVS ad hunc locum adnotavit in *Iurispr. Ante-Iustin.* p. 406. N. 3. 4. Huius loci interpretationem aggressus est D. IVSTINIANVS. A. in *pr. I. de Hereditat. quae ab intestato deferunt.* Adde EM. MERILLIVM in *Comment. ad Inst. Imperial. edit. Troiz.* L. 3. Cap. 1.

CAPVT II.

DE

FILIORVM SVORVM SVCCESIONE; DE
SVITATE EIVSQVE EFFECTV.

Ad intestatorum hereditates capeffendas vocabantur filii sui et ex legitimo quidem editi matrimonio. Quatuor Homeri Scholiastem liberorum posuisse genera, iam obseruauit vir de re graeca optime meritus IO. POTTERTVS (l). Liberi enim eius sunt ex sententia vel γνήσιοι (m) siue ἰθαγενεῖς (n) (ex legitimo orti concubitu) νόθοι (ex concubinis aut meretricibus geniti) aut σκοτιοι (o) (vulgo quaesiti aut spurii) aut παρθεναί (p) (qui ex mulieribus nati, quae, quamuis stupratae antequam matrimonio iunctae, semper virgines habitae) (q). Nunc de Legitimis.

Prifcos

- l) In *Archaeologia graeca* edit. quae *Venensis* 1734 prodiiit Lib. IV. Cap. XV. pag. 278.
- m) γνήσιοι, ἴδιος, οἰκειός. HESYCHIVS.
- n) ἰθαγενής, αὐτόχων, γνήσιος. Idem.
- o) σκοτιος, νόθος, ὁ λαθρα γεννηθεὶς τῶν γονέων τῆς κόρης, τὴν γὰρ μὴ ἐκ Φανεράς, λαθραίας δὲ μίξεις γεγονότας, σκοτιέες ἐκάλουν, ἐνιοὶ παρθεναίς, κοριταίς καθάπερ Μαρσῦας ἐν τῇ ἰαδί HESYCHIVS.
- p) Repetas idem quae disputat HESYCHIVS. Aliam vero de iis opinionem recitat, qui Strabonem auctorem suum laudat NIC. CRAIGIVS de Rep. LACAEDEMON. Lib. I. p. 21.
- q) Plures equidem liberorum differentias exhibuisse iura nostra, optime intelligo. Quid enim impedit, vt exemplo meam illustrem sententiam, quo minus inter adulterinos et ex damnato concubitu natos cum ἰέτῃs romanis distinguamus? Cf. AVSONIVS ΡΟΡΜΑ de Different. Verborum, Edit. Richter. v. Nothus.

Priscos Graecos nec matrimonia coluisse legitima;
sed concubitum quemque pro iusto habuisse legitimoque,
obseruarunt praeter alios IO. PHIL. PFEIFFERVS (r)
et IO. POTTERVS (s). Nam

αἱ τῶν ἐλλήνων πρότερον γυναῖκες καθ' ἐλλάδα
ὡς ἄσπερ νυν ἐξέγγυντο νομίμως τοῖς ἀνδράσι.
Δικηκτῆρῶν δ' ἐμίγγυντο πᾶσι τοῖς βελομένοις.
ἦσαν λοιποὶ μονοφυεῖς ἕως οἱ παῖδες τότε,
μόνας σπιγνώσκοντες μητέρας, ἔ πατέρας (t).

Cecrops (v) primus lege coercuit connubia, modumque
iis scripsit (x). Cui legi tantum tribuisse auctoritatis Athenienses, tantaque eam obseruasse religione, in legibus atticis ipsis inuenio vestigia, vt Caelibes poenis quibusdam haud dubitarint afficere, quibus leges ferre concessum erat. Sic et Graecis aemula, gens togata, quam monet HORATIVVS noster (y):

— Vos exemplaria graeca

Nocturna versate manu, versate diurna.

quaeque, quod ingenue profitetur praeter reliquos auctores, DIONYSIVS HALICARNASSEVS (z) multa praecleara instituta (a), legesque egregias debet Graeciae, quae cum eloquentiae studio sit incensa, iam diuque excellat in ea, praec-

r) De Antiquitatibus Graecis. Lib. IV. Cap. 2.

s) In Archaeologia graeca. Lib. I. Cap. 2. pag. 7 et Lib. IV. Cap. 11.

t) Io. Tzerzes Chil. 5. Hist. 18.

v) CECROPS GEMINVS, MATRIMONII SVASOR. Cuius imaginem exhibet GRONOVII Thesaurus Graecar. Antiquitar. Tom. I.

x) Arbenaeus Lib. 13. Dipsosophist. Cuius legem de connubiis recenset Io. Potterus L. c. Lib. I. Cap. XXVI. pag. 180: ενα ἀνδρα μιᾶς γυναικὸς τοῦξείν, et Sam. Petrus in Leges Atticas, cuius Commentarium cum Iac. Palmerii aliorumque animaduersionibus in Iurispr. Atticae et Romanae tom. III. retulit Pet. Westlingius Lib. VI. tit. I. pag. 43 et 531.

y) de arte poet. p. m. 277.

z) Antiquit rom. Lib. II.

a) Cf. IO. NIC. FVNCCHII tract. de Orig. et puerit. ling. lat. qui Marb. Cuior. 1735 publici iuris factus est, Cap. 2. §. 4. seqq.

praestetque ceteris, tamen omnes artes vetustiores habet, et multo ante non inuentas solum, sed etiam perfectas, quam haec est a Graecis elaborata dicendi vis et copia. In quam cum intuemur, maxime nobis occurrunt, et quasi lucent Athenae (b): sic, inquam, et gens togata multis institutis, multis legibus commendata voluit connubia, praemiisque quasi inuitauit ciues suos ad ducendas vxores, haud vero fensit cum iis, qui caelibem amplecti vitam secum constituerent. Quae ad rem meam facit, antiquam legem gentis Fabiae vindex, in medium protulit **DIONYSIVS HALLICARNASSEVS** (c): ἔτε γὰρ ἀτενὺς τὲ καὶ ἀγάμης ἀπαντας εἶναι δυνατόν ἦν τὸς ἐξελεθόντας εἰς τὸ Φρέριον Φαβίης. ὁ γὰρ ἀρχαῖος αὐτῶν νόμος γαμῆν τε ἠνάτηζε τὸς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ τὰ γεννώμενα ἀπαντα ἐπάναγμης τρέφειν. ὃν ἐκ ἀν δὴ πᾶ κατέλυσαν οἱ Φάβιοι μόνοι πεφυλαγμένον ἀρχιτῆς ἐαυτῶν ἡλικίας ὑπὸ τῶν πατέρων. Amice et huic respondet, quae et ab omnibus qui artem profitentur nostram celebratur, illa de maritandis ordinibus lex Iulia et Papia Poppaea, quae tantum in Iurisprudentiam nostram atulit lucis, vt eius carere intelligentia vix possit **Ictus Proletarius** (d). Sed romana mitto. Recitat **DINARCHVS** (e) legem atticam, quae desiderabat Praefectos, Oratores eosque, qui munere fungebantur publico maritos patresque (f). Hac vero ex ratione leges nostrae

- b) *Marc. Tullius Cicero in Bruto* Cap. VII. de atticae vero eloquentiae vi, Velleii locum exponens quendam, disserit *Io. Fred. Gronouius Obseru.* Lib. II. Cap. 23. *edit. Platner.* pag. 311. seqq.
- c) *Antiquitat. Romanar.* Lib. IX. pag. 580.
- d) Adeas qui legem hanc illustrarunt doctè, *Briffonium*, *I. Lipsium*, *Iac. Gorbhofredum* in *Orton. thes.* I. C. Tom. V. *Franc. Ramos del Mazzano*, in *Meermann.* *Thes.* I. C. et *Can.* tom. V. *Fr. Balduinum* in *Iurispr. rom. et att. tom. I.* et praeter alios *I. Gottl. Heineccium*, omnibus qui palmam extorsit. Exhibet nummos, qui huc pertinent, quosdam *V. Ill. Car Ferd. Hommelius* in *Iurispr. Numismat illustrata.* L. H. *Mon.* LV. LVI. LVII. pag. 154.
- e) *Dinarchus* in *Demosthenem.*
- f) Vid. quae habet *Io. Posterus* l. c. L. IV. C. XI. qui ibidem et *Lacae-demonior* retulit mores legesque. Cui addas *Nic. Cragium* de *Rep. Lacaedemoniorum* L. III. tab. 4. de *LL. connubialibus*, *Pfeifferrum* l. c. L. IV. C. I. *Breunings* in *Comp. antiquit. graec.* C. VI. §. 3.

nostrae fauerunt connubiis, vt ciuium augetur numerus. τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας, inquit *Demosthenes* (g) ἡδονῆς ἐνεκ' ἔχομεν. τὰς δὲ παλλακὰς, τῆς καθ' ἡμέραν θραπείας τῆς σώματος. τὰς δὲ γυναῖκας τῆ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἐνδὸν Φυλακὰ πεισὴν ἔχειν. Inde quoque quam *Potterius* (h) ex *Isidoro Pelusiota* (i) refert lex ista: ἐπ' ἀρότα παιδῶν. Rem quidem saluti atticae publicae optime accommodatam ac necessariam! Quo enim pauciores peregrinos atque hospites sua donatos cuperent ciuitate Athenienses: eo maiorem liberorum quaerendorum gratia connubia contracta adferebant vtilitatem rei atticae. Diuerso quo a Romanorum more (k) instituto factum est, vt acceptis grauib; cladibus, Athenienses ex iis malis vix eluctari potuerint, et teste *Diodoro* (l) extremis belli Peloponnesiaci temporibus, ex inquilinis, peregrinis, immo seruis (m) aliquando ingentem ciuium numerum colligere coacti fuerint, et quod contra legem; ἐκ ἀνδρῶν μιᾶς γυναῖκὸς τυχῶν recipiebatur, interdum duas ducere concesserint vxores. Exempla huius iuris memorantur ab *Athenaco* (n) *Socrates*, idemque a *Diogene Laertio* (o); *Satyrus* et *Hieronymus Rhodius*; et a *Gellio* (p) *Euripides*. Ingenuum de hocce more *Dionysius Halicarnassens* (q) iudicium

- g) ΚΑΤΑ ΝΕΑΙΡΑΣ in *Orator. Græcor.* quos edidit *IO. IAC. REISKÆ*, Vir præmatura morte ereptus litteris græcis, cuius obitum lugent *Musæ*, Vol. 2. pag. 1386. num. 20.
- h) In *Arch. gr.* Lib. I. Cap. 26. Cf. *Pestum* l. c. p. 43 et 533.
- i) Lib. III. Ep. 243.
- k) quod egregie probatum iuit *Ex. Spanhemius* in *Orbe rotu. edit. Heinecc.* Cap. 2. pag. 7.
- l) Lib. XIII. pag. m. 256.
- m) *Aristoteles Politic.* Lib. I. Cap. 2.
- n) Lib. 13. *Dipnosoph.* controuersa tamen sunt (alii enim aliter sentiunt scriptores) quae hic de Socrate proferuntur.
- o) In *Socrate*.
- p) *Noët. atticar.* lib. 15. cap. 20. edit. *Gronov.* pag. 293, contra quem tamen *Suidas* disputat. Vide *Desider. Heraldum* in *Observat. ad ius attic. et roman. vel animaduers.* in *Salmasium.* L. VI. Cap. 14. §. 3. 4.
- q) *Romanar. antiquit.* Lib. II. pag. 89.

dicium tulit suum: τὰ δὲ Ἑλλήνων ἔδη παρὰ ταῦτα ἐξ ἐτά-
 ξων, ἐκ ἔχω πῶς ἐπαυῖσάμι τὰ τε Λακεδαιμονίων καὶ τὰ
 τῶν Θηβαίων, καὶ τῶν μέγιστον ἐπι σοφία Φρονέωντων Ἀθη-
 ναίων, οἱ φυλάττοντες τὸ εὐγενές καὶ μηδὲν μεταδιδόντες, ἐ-
 μὴ σπανίως, τῆς παρ' αὐτοῖς πολιτείας. Detrimenti enim
 multum cepisse inde rem eorum publicam docuit me ibi-
 dem scriptor rei romanae gravissimus: Θηβαῖοι δὲ, inquit,
 καὶ Ἀθηναῖοι ἐξ' ἐνὸς τῶ περι Χαϊρώνειαν ἀτυχήματος, ἀμα-
 τῆν τε προσασίαν τῆς Ἑλλάδος καὶ τὴν ἑλευθερίαν τὴν πά-
 ριον ὑπὸ Μακεδόνων ἀφῆρεθησαν. Verum autem etsi leges
 atticae isto nuptiarum fauore augendo civium numero
 consulere viderentur bene: multa tamen legitimae nup-
 tiae coercerantur subtilitate. Quibus ex nuptiis cum ii-
 ortum suum ducant liberi, quos leges nostrae suos legi-
 timosque declarant, habent heredes, ut qui fuerint isti
 intelligamus, e re mea visum est, de ipsis, etsi brevissi-
 mis, agere et quaedam disputare.

Peractis sponsalibus legitime i. e. impetrato con-
 sensu, auctoritate interposita parentum (r) interveniente
 interdum stipulatione (s) atque observatis omnibus solen-
 nitatibus, de quibus aequè doctè ac eleganter egerunt
 P P E I F F E R V S (t), P O T T E R V S (v), A L E X A N D E R A B
 B 2 A L.

- * Inde apud *Misfaem Erotop.* v. 179:
 Ἀμφιδὸν ἔ δυνάμεθα γάμοις οἷοῖσι πελάσσαι,
 ἔ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν.
 et maxime patris, vnde *Homerus Odys.* 2. v. 113:
 μητέρα σὴν ἀπόπεμψον, ἀνωχθε δέ μιν γαμέεθαι.
 τῷ ὅ τε ὄτε πατὴρ κελεταί, καὶ ἀνδάνει αὐτῆ.
- † formulas exhibet *Clemens Alexandrinus Stromat. Lib. II.* et *Xenophon*
in Cyropaed. Lib. VIII. Sic et *Plautus in Trinummio Act. V. Sc. II.*
edit. Taubmann. p. 1378.
 CH. *Filiam meam tibi desponsatam esse audio. LY. Nisi tu nenis.*
 CH. *Imo haud volo. LY. Sponden' ergo tuam gnatam uxorem mihi?*
 CH. *Spondeo, et mille auri Philippum dotis.*
 Morem latinum atque romanum exponit *A. Gellius in Noct. Att.*
 L. IV. C. IV. pag. 333.
- ‡ de *Antiquit. graec.* L. IV. C. 8 — 13.
- ‡ In *Arch. gr.* Lib. IV. Cap. XI.

ALEXANDRO (x) ex parte, et IOS. LAURENTIUS (y) aliique, quo sponsa, ciuis attica (z) in manum transfret, ac domum deduceretur mariti, certus constitutusque dicebatur dies (zz).

Consensum igitur parentum, minime vero fratrum aut eorum, qui proxime Sponsam attingebant necessitudine necessarium fuisse puto; nec me ut in eam, quam Pfeifferus (a) et Petitus (b) cum ceteris amplexi sunt, sententiam abeam, quibus suam probare opinionem videntur isti, me mouent argumenta. *Si parentes non amplius agerent inter viuos, inquit Pfeifferus, et extarent fratres,*

x) *Genial. Dier.* qui cum *Nic. Mercerii animaduersionibus. Lugd. 1616.* prodierunt. L. II. Cap. 5. p. 53.

y) *De Sponsalibus et nuptiis antiquorum in Thes. Gronov. Vol. VIII.*

z) Variis multisque quod legibus cautum fuit, ita, ut liberi ex vxore non ciue nati haud haberentur γήσιοι, legitimi. Legem retulit Hieronymus: γαμείν ἀσὴν μίαν i. e. unam vxorem legitimam eamque ciuem ducito. Huius iuris processum petes ex *Io. Meursio in Them. Arr. L. II. in Gron. thes. Vol. V. p. 1969.* ex *Io. Porro* l. c. pag. 43 et 180; *Sam. Petito* l. c. pag. 532. Cf. tamen ibi *Palmerium*. Quae me nil morantur. Vnum id addo, quod ab Anonymo in argumento Orationis Demostheneae in Eubulidem, quae in Orator. graecor. quos edidit Reiske. Vol. II. p. 1298. legitur, acceptum fero: Γράφεται νόμος παρ Ἀθηναίους, γενεσθαι ζήτησιν παντων τῶν ἐγγεγραμμένων, τοῖς ληξιαρχικοῖς γραμματεῖσι, εἴτε γήσιοι πολῖται εἰσιν, εἴτε μὴ τοὺς δὲ μὴ γενοτάς ἐξ ἀσῆ, καὶ ἐξ ἀσῆς, ἐξελείφασθαι. διαψηφισθῆναι δὲ περὶ πάντων τοὺς δημοτάς. καὶ τὰς μὲν ἀποψηφισθέντας καὶ ἐμμέναντας τῇ ψηφῶν τῶν δημοτῶν, ἐξαληλίφθαι, καὶ εἶναι μετοίκους. τοῖς δὲ βαλομένοιςιν εἴσιν εἰς διασὰς δέδοσθαι, καὶ μὲν ἀλῶσι καὶ παρὰ τῷ διασηρίῳ, πεπράσθαι. εἰ δὲ ἀποψύγῳσιν, εἶναι πολῖτας. *Addas et Aelianum Variar. historiar. Lib. VI. Cap. X. edit. Abr. Gronov. pag. 458. Ezech. Spanhemium in Orbe Rom. C. XXII. p. 359.*

zz) *V. Barn. Briffonium Antiq. Select. L. I. C. 19. p. m. 34.*

a) *L. c. Lib. IV. C. 5. p. 612.*

b) *L. c. Lib. VI. tit. 1. pag. 534.*

trēs, aut propinqui, tum illorum consensus erat necessarius in mulieris desponsatione, quam et ipsi praestabant. Male. Concedo lubens, fratres despondisse sorores suas in uxores legitimas, sed solennitatis gratia; quodsi tamen ex me quis quaesiverit: vtrum necessarius fuerit fratrum in nuptias sororis consensus, ita, vt hoc non interueniente, nec nuptiae celebrari potuerint sororis? Minime, ita me Dii ament! respondebo omnium. Sed formula cecidit et ipse noster. Audiamus, argumenta quae ille protulerit! Primum ex Plauto est, vbi miles sororem despondet suam Phaedromo:

— — PH. hoc prius volo,
Meam rem agere. MI. Quid id est? PH. Vt mihi
hanc despondeas.

CV. Quid cessas, Miles, hanc huic uxorem dare?

MI. Si haec vult. PLA. Mi frater, cupio. MI. Fiat.

CV. Bene facis.

PH. Spondesne Miles mihi hanc uxorem? MI. Spondeo (c).

Ex hisce Plauti nihil colligitur aliud, quam ita moris fuisse, vt fratres in sororias consentire debuerint nuptias, sicque despondere sorores suas in legitimas uxores, ex aequitate quidem, minime consensus ex necessitate; consensum vero istum causam fuisse, vt ita dicam, sine qua non celebrari potuerint nuptiae, non commemorari dicere Plautum. Sicque quaerit, vt aequitatis solennitatisque tueretur partes, Phaedromus adolescens ex Therapontigono milite: Spondesne Miles mihi hanc uxorem?

Idem probant, quae in contrarium exhibet Pfeifferus, argumenta. Moneat vel Apollo (d) ille (per me enim licet):

πυλάδη δ' ἀδελφῆς λικτρον, ὃ ποτ' ἤνεσας,
Δός, ὃ σπιῶν γίν βίωτας εὐδαιμόνων μενέει.

B 3

dicat

c) Plautus in Curculione Act. V. Sc. II. v. 70. pag. 354.

d) Apud Euripidem in Oreste v. 1660.

dicat vel *Orestes* (e) ad *Pyladem*:

Σωθεὶς δὲ παῖδας ἐμῆς ὀμοπατρῆς
 κτησάμενος, ἢ ἑδῶνά σοι δάμαρτ' ἔχειν
 ὄνομα τ' ἐμὲ γένοιτ' αὖν, εἰδ' ἀπαιεῖ δόμος
 Πατρῶος ἐμὸς ἐξαλειφθεὶς ποτ' αὖν.

nec Apollo tamen nec *Orestes* pro sententia militant illa.
 Provocat deinde et ad *Plaronem* (f) cuius haec sunt verba:
 ἐγγυήν δὲ εἶναι κυρίαν, πατὴρ μὲν πρῶτον, δευτέραν πά-
 πα, τρίτην δὲ ἀδελφῶν ὀμοπατρῶν. εἰάν δὲ μηδὲ εἰς ἢ τού-
 των, τὸν πρὸς μητρός μετὰ τῆτο εἶναι κυρίαν ὡσαύτως. εἰάν
 δ' ἄρα τύχη τις ἀήδης συμβῶνῃ, τοῖς ἐγγυήτα γένους αἰεὶ
 κυρίου εἶναι μετὰ τῶν σπιτρῶπων. Quae interpretatus est
 IO. SERRANVS: Fideiussio autem Patris, omnium maxi-
 ma sit et firmissima: aui deinde, tertia fratrum patruelum,
 Si nullus istorum superstes sit, tunc ex matre fideiussio valeat;
 sin autem insolita quaedam orbitas contigerit, propinquiores
 agnati atque gentiles vna cum tutoribus fideiubeant. PFEIF-
 FERVS vero: Pater despondeat, deinde avus, postremo
 fratres ex eodem patre nati. Sin nullus horum extabit, co-
 gnati despondeant. Si vero orbitas insolita sit, propinqui-
 ores gentiles atque agnati vna cum tutoribus despondeant. In-
 uita tamen *Minerua*, nisi me fallunt omnia, vir doctus
 huius loci aggressus est interpretationem. ἐγγυή enim
 hic non pro desponsione vel filiarum vel sororum in vxores
 legitimas est accipienda, sed pro fideiussione. Signi-
 ficat plerumque non desponsionem illam, sed fideiussio-
 nem, sponsonem, expromissionem (g). Inde ἐγγυος,
 ὁ ἐγγυητής, Sponsor, Fideiussor, Praes (h); ἐγγυήτας
 καταστῆσαι (i), fideiussores dare (k) inde et ἐγγυήν ὀμολο-
 γῆν,

e) Apud eundem in *Iphigenia in Tauris* v. 695.

f) Plato de *LL.* Lib. VI. opp. quae cura *Henr. Strepiani* prodierunt, T. II.
 pag. 774.

g) *Henr. Strepianus* in *Thef. ling. gr.* T. I. pag. 882. s. v. ἐγγυή. *Gu. Budaeus* in *Comment. ling. gr.* pag. 3. l. 14.

h) *Suidas*.

i) *Budaeus* in *Comment. L. G.* pag. 101 et 292.

k) quod Plato exposuit Lib. IX. de *Legib.* edit. *Strep.* to. 2. pag. 871.

γῆν, siue τὴν δίκην ἐγγυᾶσαι, vadimonium condicere, promittere (l): inde et ἐγγυᾶσαι παρέχειν, satisdare (m). Optime equidem scio, ἐγγυᾶσαι γυναῖκα apud Demosthenem esse desponsam accipere et ducere. Nam et ἐγγυᾶω apud eundem, oratorum quem facile dixeris principem, aequae ac apud Herodotum denotat despondere et ducere uxorem (n). Vnde quoque Hesychius (o): ἐγγύη, γάμος ἀπογραφὴ καὶ σημεῖον ἐν δοτικῇ, et Aelianus (p): ὁ μὲν Δυσανδρὸς ἐτεθνήκει, ὁ δὲ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ. ἐτι ζῶντος ἐγγυησάμενος etc. Attamen apud eundem inuenio Hesychium (q): ἐγγυον, ἐγγυητὴν ἢ ἀσφαλές. In sensu igitur proprio ἐγγύη accipitur pro fideiussione, expromissione, satisdatione; eleganter aliquando (nec qui hac in significatione hoc verbo vsi sunt scriptores veteres, eorum reprehendo graecitatem) pro desponsione illa; puta, quasi patres, vel fratres fideiuberent, fore, vt filia vel soror nuptura sit illi viro. Ita et sub ἐγγυᾶσαι γυναῖκα, desponsam accipere et ducere, et sub ἐγγυᾶω despondere et ducere intelligitur uxorem. Verbis enim his ea inesse videtur vis, vt idem sonent, ac ducendo et accipiendo uxorem patres vel fratres a fideiussione illa liberare (r). Ipse contextus praeterea pro mea pugnat sententia, vt, qui Platonem ad desponsionem respexisse sentiat illam, nihil sentiat. Pergo. Vterque et PFEIFFERVS et PETITVS (s) ad legem, quam Demosthenes recitat (t), attin-

cam

Addo Demosthen. contra Timocrat. in Orat. graec. Vol. I. pag. 726. 728. 730. 732.

- l) Ev. Budacium l. c. pag. 86. auctoritate Demosthenis et Plutarchi qui virum.
 m) Theophilus in Paraph. gr. Inft. Lib. I. tit. 24. §. 1. edit. Reinz. T. I. p. 184.
 n) V. Budacium l. c. pag. 101. 510.
 o) in Lex. f. v. ἐγγύη Edit. Schreuch. pag. 281.
 p) Var. hist. Lib. VI. C. IV. edit. Gronov. pag. 128.
 q) in Lex. f. v. ἐγγυον pag. 281.
 r) Cf. Budacium l. c. pag. 97.
 s) in Comment. in LL. Aeticas. l. c. pag. 534. adde Chr. Woldenbergium in Principiis Iuris romani Cost. 1668. p. 15. seqq.
 t) Legitur Lex ista in Orat. II. quam in Stephanum habuit, quamque orat. graec. Vol. II. addidit Io. Iac. Reiske pag. 1134.

cam iam prouocat egregie. Audiamus ipsa verba legitima. *ἢ ἀν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίαις δάμαρτα εἶναι, ἢ πατρὶς ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρός, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίου. εἰ δὲ μηδεὶς ἢ τέτων, εἰ μὲν ἐπιλήρητος ἢ, τὸν κύριον ἔχει. εἰ δὲ μὴ ἢ, ὅτω ἂν ἐπιτρέψῃ, τέτων κύριον εἶναι.* Quam legem latinitate donauit PETITVS: *Ex ea quam in legitimam uxorem desponsarit pater, aut germanus frater, aut auus paternus, legitimos liberos tollunt; si nullus horum superfit, et virgo orba sit, nubito ei, qui iudicio obtinuerit: si orba non sit, tutor eam desponsato.* Parum, quod iam monuit WESSELINGIVS (v), vir egregius, feliciter. Lectionem vitiatam atque corruptam professus est, teste hoc, qui legit, CL. SALMASIVS (x): *εἰ δὲ μηδεὶς ἢ τέτων, εἰ μὲν ἐπιλήρητος ἢ, τὸν ἀνδρα κύριον ἔχει. εἰ δὲ μὴ ἢ, ὅτω ἂν ἐπιτρέψῃ, τέτων κύριον εἶναι.* Si eorum superstes sit nemo, et mulier vniuersorum sit heres, maritum habeat κύριον. Si neque sit maritus, illum, cui maritus eam reliquerit (y). Indignatur Petito interpreti Wesselingius noster, quod in nostra lege non agatur de virgine orba, sed de muliere nupta omnium bonorum herede, atque doceatur, quem ea κύριον habere debeat, siue cuius in potestate futura sit, defunctis, quos habitura fuisset, si viuerent, aut patre, aut fratre germano, aut auo paterno. Quam vt probem, est omnia in ea sint posita, coniecturam, facile a me impetrare poteris. Inciuite est, teste CELSO (z), nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita, iudicare vel respondere. Sic et hoc in casu nostro Petitus, vna tantum legis particula proposita, minus iudicauit recte. Quodsi enim, quae tamen illa sequebantur, verba haec addideris legitima: *καὶ εἰ ἐξ ἐπιλήρου τις γένηται, ἀμὰ καὶ*

v) In not. ad Petiti haecce.

x) de modo Vfurarum Cap. 4.

y) quod ius alibi exemplis illustrauit omni exceptione maioribus Dr. Hoffhenes.

z) in L. 24. π de LL. SC. et long. Consuet.

καὶ ἡβήσῃ ἐπὶ διέτες (α) κρατεῖν τῶν χρημάτων. τὸν δὲ σῆτον
 μετρεῖν τῇ μητρὶ. *Et si quis sit filius ex matre ista herede
 natus, cum pubertatem excefferit, possessionem adquirat ille
 bonorum maternorum; matrique praebeat alimenta; prono
 exinde fluit alueo; obiectum huius legis non desponsi-
 onem constituere illam, non filiam orbam; sed mulierem
 nuptam heredem, quaestionemque: quem ea habere de-
 beat κύριον? Illud etiam colliges ex Demosthenis istis:
 Ὅρκου ὁ μὲν νόμος κελεύει τοὺς παῖδας ἡβήσαντας, κυρίως
 τῆς μητρὸς εἶναι. τὸν δὲ σῆτον μετρεῖν τῇ μητρὶ.* Quae cum
 ita sint, ex lege ista, quantum ego quidem intelligo,
 nondum patet: necessarium fuisse fratris in nuptias foro-
 ris consensum. *ἢ ἂν ἐγγυήσι — ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας
 γνησίους.* Bene. Ex ea legitimi nobis procreantur liberi;
 Nuptiae enim istae sunt legitimae. Sed cave, putes, per
 salutem tuam te rogo, has solas nuptias esse legitimas.
 Non omnia in hac lege recensuit Legislator Atticus re-
 quisita, neque liberos, qui ex vxore nobis nati sunt,
 quam non desponderit frater germanus in vxorem legiti-
 mam, dixit illegitimos. Argumenta Aduersariorum reli-
 qua, cum iis inesse sentiam nullam grauitatem, nullam
 dignitatem, satius duxi silentio praetermittere, quam
 diutius in his refutandis versari.

Certus constitutusque itaque, vt nuptiae celebra-
 rentur legitime, dicebatur dies. Multae ibi, dum

— — Aurora quadrigis

Iam medium aethereo cursu traiecerat axem (b).
 Solennitates, conuiuia, epulae, ritus, qui omnes ex more
 maiorum peragebantur. Has negligo solennitates, nec eas
 iam curo. Omnes enim qui recensere atque exponere
 cuperet:

C

a) Haec verba cum *Salmasio* interpretatus est *Wesselingius*: eum statim at-
 que ad vigesimum annum peruenerit; *Budaeus* vero in *Comment.* p. 165.
 seq. ἐπὶ διέτες, inquit, significat decem et sex annos natum esse,
 quasi duobus annis excedere pubertatem.

b) *Virgilius Aeneid. Lib. VI. v. 535.* edit. quam perpetua illustrauit ad-
 notatione Ill. CHR. GOTTL. HEYNE, decus aevi nostri et glo-
 ria, to II. p. 595.

cuperet: eius mehercle! diurnam aequae nocturnaque manum, ac peculiare de ritu nuptiarum

Iunoni ante omnes, cui vincula iugalia curae (c) sacrum opus, desiderarent et argumenti praestantia et dicendorum copia.

Nuptiae igitur legitimae dicebantur, in quibus omnes solennitates, omniaque requisita cum essentialia, tum accidentalia reprehenduntur. Et qui ex his nascuntur, liberi sunt legitimi. Legitimae erant nuptiae, si civis atticus ciuem atticam nuptiis interuenientibus ducebat vxorem. Sic et ex iure Quiritium legitimae sunt CAIRO nostro (d) nuptiae: si Romanus Romanam nuptiis interuenientibus vel consensu ducat vxorem; et D. IVSTINIANO PRINCIPI SACRATISSIMO (e): quas inter se ciues romani contrahunt, qui secundum legum praecepta coeunt. Sic intelliges, quae sit vxor contra leges nupta (f), quaeue contra mandata in matrimonium conuenit (g).

Filii isti legitimi vel sunt in potestate nostra, vel minus. Pone casum priorem: et filios tuos I&I nostri appellant legitimos et suos (h). Filij hi γνήσιοι referebantur, quod obiter moneo, inter φράτορας (i), inter ΕΦήβους

c) Virgilius Aeneid. Lib. IV. v. 59.

d) In Inst. Lib. 1. Tir. 4. quem locum egregie explicuit Schulzingerius in Iurispr. Ant. Justin. pag. 32.

e) In pr. Inst. de nupr.

f) Verba sunt AEMILII MACRI I&I in L. 24. §. 3. π ad L. Iul. de Adult. coere. quae desumpta est ex Lib. I. Publicorum (secundum Lection. Florenr. quam laudat Henr. Brenemannus ad hanc legem n. IO. edit. Gebauer. To. I. p. 1041.) iudiciorum. Cf. ABR. WIELINGIVM in Iurispr. rest. pag. 97.

g) ULPIANVS in L. 17. pr. π. de act. rer. amor.

h) de suis vide quae disputat Fr. Hotomanus Obseru. I. C. L. IX. C. X. p. 11. 200.

i) Cf. praeter eos, quos auctores laudat Potterus in Arch. gr. Lib. I. Cap. IX. p. 45. Miscellae obseruationes pro Claudio Salmasio de variis obseruationibus et emendationibus ad ins. rom. et att. pertinentibus. Lugd. Bat. 1645. Cap. 4. POLLIX Lib. VIII. Cap. 9. Lib. III. C. 4. Add. Carol. Sigonius de Rep. Atheniens. L. II. C. 2. in Gronov. Thes.

βῆς (k) et inter δημότας (l). De iis dicit VLP IANVS (m):
*Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent primū ad
 suos heredes, id est, liberos, qui in potestate sunt, caeteros-
 que qui in liberorum loco sunt. CAIVS vero (n): Sui he-
 redes appellantur filii aut nepotes ex filiis masculis, quos in
 potestate auus vel pater habet. Idem fere PAVLVVS noster (o)
 et AVCTOR Collationis LL. Mosaicarum et romanarum (p).
 Audias et augustinam illam interpretationem: Sui autem et
 necessarii heredes sunt, veluti filius, filia, nepos, neptisue ex
 filio, et deinceps ceteri liberi, qui modo in potestate morientis
 patris fuerint; et paulo post: itaque liberi quoque nostri
 qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti, ex-
 tranei heredes videntur (q). Filii igitur isti sui et legitimi
 vocabantur heredes. Ipsam vero hanc qualitatem, seu
 relationem barbari dicunt Suitatem.*

Μαλθακοὶ ἐμενῶν, inquit PLATO (r): ὡς κλεινία
 δοῦσῶν οἱ πάλαι νομοθετῆντες γεγονέναι, καὶ σπὶ μικρὸν,
 τῶν

C 3

Vol. V. Quintum Septimum Florentem Christianum ad Aristoph. Vesp.
 v. 576. Io. Meursium in Graecia Feriata L. I. pag. 33. quae prodiit
 Lugd. Bat. 1619. et Desiderium Heralduum in Obs. ad ius att. et rom.
 L. II. C. I. n. 9. 10. edit. Paris. p. 84.

k) Pollux L. VIII. C. IX.

l) Demosthenes in Leocharem in Orat. graec. Vol. II. Pollux l. c. Aeschines
 in Timarch. in orat. graec. Vol. 3. Petrus in Comment. L. II. tit. 10.
 p. 222-234. ibique Wesselingius. Athanasius Oreiza et Olano in
 Paralipom. et elector. I. C. L. V. C. XII. n. 51. seq. in Meerm. thes.
 I. C. et Can. Tom. I. p. 671. De vetusto liberorum profitendo-
 rum more romano agit Barn. Brissonius Antiqu. Sel. L. I. C. V.
 p. m. 12. seq. Gu. Pancirolus in Thes. variar. Lectio. L. I. C. 51.
 in Iurispr. att. et r. Tom. II. p. 1262. Pet. Burgius in Elect. Lib.
 C. VI. in thes. Otton. Tom. I. p. 320. Io. Gotth. Heineccius in Syn-
 Antiqq. rom. L. I. Tit. XXV. n. IX. edit. Argent. p. 250.

m) Vlpianus in Fragm. Tir. XXVI. §. 1. et Tir. XXII. §. 14.

n) Inst. Lib. II. Tir. 3. §. 6 ibique Schulting.

o) Sentent. Lib. IV. Tir. 8. §. 3.

p) Tir. XVI. de legit. Success.

q) D. IVSTINIANI nostri in §. 2. 3. Inst. de Hered. Qual. et diff. §. 1.
 Inst. de hered. quae ab int. def.

r) de LL. Lib. XI. edit. Heur. Steph. Tom. II. p. 922.

τῶν ἀνθρώπων πραγμάτων βλέποντες τε καὶ διανοούμενοι νομοθετεῖν. ΚΑ. πῶς λέγεις; ΑΘ. Τὸν λόγον τῆτον, ὃ γὰρ θεοφεβούμενοι, τῷ νόμον ἐτίθεσαν τόνδε. ἐξῆναι τὰ ἑαυτοῦ διατίθεσθαι ἀπλῶς ὅπως ἂν τις ἐθέλῃ το παράπας. Et quidem ea ex ratione, quam Plato noster in medium protulit (s), lex illa lata attica: Εν τῷ γένει τῶ τεθνηκότος δεῖν τὰ χρηματὰ καὶ τὸν οἶκον διαμενεῖν (a).

De hac tamen lege derogavit Solon: ὅσοι μὴ ἐπεπόνητο, ὥστε μὴ ἀπειπεῖν, μὴτ' ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσήει τὴν ἀρχὴν, τὰ ἑαυτῶ διαθεσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὥσπερ γνήσιοι ἀξέρετες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρωσ, ἢ Φαρμάκων, ἢ νόσῳ ἐνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ἢ ὑπὸ τῶν τῶ παρανόμων, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμῶ καταληφθεὶς (b). Litem vero suam faciat, qui cum *Petito* sententiam hac de lege fert eam (c): est proprie scripta ciuibus aboriginibus et indigenis, quibus solis hac lege conceditur testamentum facere. Nam quodsi ad solos indigenas legem hanc restringeres, certe te

Falleret indeprentus et irremeabilis error. Quo iure hanc suam haeresin defenderit Noster, iam videamus. Locus obscuritate omnibus, qui Demosthenem adeunt, facer. Nec in Codice *Bauarico*, in *Augustano*, nec in *Lessingiano* Scholia in hunc Demosthenis locum uelusta (m); multi interpretes, sed in his parum praesidii. ὅσοι μὴ ἐπεπόνητο; puta (verba sunt *HIERON. WOLFFII* (n) negationem tollendam; ὅσοι ἐπεπόνητο, αὐτ' ὅσοι μὴν. Sequitur: ὥστε μὴτε ἀπειπεῖν, μὴτ' ἐπιδικάσασθαι; quorum prius

s) *Ibidem* pag. 923.

a) *Plutarchus* in *Solonis* vita.

b) Recenset hanc legem *Demosthenes* in *Stephanum* Orat. II. in Orat. gr. Vol. II. p. 1133. Cf. *Io. Meursium* in *Solone* Cap. XVII. *Hafn.* 1632. pag. 58.

c) In *Comment.* ad *LL. Atticas* Lib. VI. Tit. VI. p. 578.

m) quos omnes addidit *Io. Jac. Reiske* Orat. graec. Vol. 2.

n) Cf. *Reiskii* apparatus criticus ad *Demosthenem*, in quo praeter *Editoris*, *Hier. Wolfii*, *I. Taylori* annotationes leguntur. *Lipl.* 1724. Vol. 2. p. 932.

prius et ad ciues et ad adoptiuos pertinere potest, posterius ad orbas puellas. Potest etiam sic exponi: ὅσοι μὴ ἐπεποιήντο (scilicet ὅτως) etc. Quibus ius ciuitatis non ita datum fuit, ut nec abrogari, nec in controuersiam vocari queat. In his legibus multum est obscuritatis. Demosthenes certe ex hac lege colligit, quia Pasio fuerit non φύσει πολίτης, sed ποίησει, factionem testamenti illi non fuisse: et contra Neeram docet, populum nonnullis decretam ciuitatem abrogasse. Haec HIERONYMVS WOLFIVS. Hanc suam fecit interpretationem SAM. PETITVS (o) cuius uerba hunc locum sibi vindicant commode: At uero adscitis, inquit, et plebis cito ciuitate donatis, qui orbi essent, hac ipsa lege denegatum est, ut ex ea colligit Demosthenes (p) ubi legem hanc descripsit, addit namque: ἄξιον δὲ καὶ τῆτο ἐνθυμηθῆναι, ὅτι ὅσοι μὴ ἐπεποιήντο, ἀλλ' ἦσαν πεφυκότες γνήσιοι, τῆτοις ὁ νόμος δίδωσι, εἰ ἀπαίδες ὄσι, διαδέσθαι τὰ ἑαυτῶν. ὁ τοίνυν πατήρ ἡμῶν ἐπεποιήτο ὑπὸ τῆ δῆμῳ πολίτης, ὥστε εἰ κατὰ τῆτο ἐξῆν αὐτῶ διαδέσθαι διαθήκην. Existimo, pergit uir eruditissimus, ciuium adscriptorum, qui orbi essent, bona in aerarium translata fuisse, cum nulla illis cum aliis ciuibus cognatio atque necessitudo intercederet, sed cum republica tantum; Soli igitur ciui indigenae licebat testamento sua dare, legare, cui uideretur commodum, ut e Leptinea constat, ubi Demosthenes (q): εἰ γὰρ ὁ μὲν Σόλων ἐθήκε νόμον, ἐξείναι δούναι τὰ ἑαυτῶ ὅτω ἂν τις βῆληται. εἰ μὴ παίδες ὄσι γνήσιοι, οὐκ ἴ' ἀποσέρῃση τοὺς ἐγγυτάτα τῶ γένει τῆς ἀρχιστείας, ἀλλ' ἴ' εἰς τὸ μέσον καταθείς τὴν ὠφέλειαν, ἑφάμιλλον ποιήσῃ τὸ ποιεῖν ἀλλήλους εὔ. Inde PETITI interpretatio huius legis (r): Quicumque ciues adscripti non sunt, nemine controuersiam illis faciente de bonis, aut iudicio experiente, quando Praetoram adiit Solon, Testamento sua

C 3

danto,

o) L. c. pag. 578.

p) in orat. cit. pag. 1133.

q) πρὸς ΛΕΠΤΙΝΗΝ in orat. graec. Vol. I. pag. 488.

r) Cum quo et sentit IO. POTTERVS in Arch. gr. L. I. C. XXVI. pag. 184.

danto, leganto, cuicumque liberit, si nullos superstites habeant liberos masculos; neque furiosi sint etc. Sed nunc iam audiamus REISKIVM interpretem (s): *Verba ὡςτε μήτε ἀπειτεῖν, μήτε ἐπιδικάσασθαι* videntur viro docto non in lege fuisse, sed ab ipso addita oratore, interpretationis ergo. Sententia est: *Quicumque adoptati non sunt (seu a patrefamilias in familiam, seu a populo, patre communi, in ciues, magnam illam ciuium omnium familiam) qua adoptione, vel arrogatione amiserunt ius excludendi, quos velint, sua hereditate, aut hereditatem virginemque haeredem iure petendi; illorum cuique licet de bonis suis pro arbitrio testamento constituere. In ὡςτε μήτε ἀπειτεῖν, μήτε ἐπιδικάσασθαι subauditur, aut ἐξείναι, aut δύνασθαι. Apparet ex hoc loco, τὸς ποιητὲς vel εἰσποιητὲς h. e. ciues, non natos, sed factos, seu filios adoptatos caruisse primum iure τῶ ἀπειτεῖν, excludendi aliquem sua hereditate, deinde τῶ ἐπιδικάσασθαι. Attamen quae ab his viris eruditissimis disputata sunt, non probantur a me. Sed*

si qua fides, animum si veris implet Apollo (t) certe ista: ὅσοι μὴ ἐπεποιήντο omne tulerunt disceptationis punctum. Nam 1^o haud cum WOLFIO facio, qui negationem putat tollendam; quod nisi summa efflagitet necessitas, non decet interpretem. ἀπειτεῖν vero ius ciuitatis abrogari exponi posse, me quidem fugit. Nec turpem iudico ignorantiam istam. ἀπειτεῖν significat *vetare, interdiceret, renunciare alicui iuri, deficere viribus, animoque, non amplius posse, quae ex Lectione quidem petes Demosthenes (v) facile omnia: minime tamen significationem sonat illam. Verum autem cur ἐπιδικάσασθαι, quod ex sententia Wolfii ad puellas orbis pertinet, hic denotet ius ciuitatis in controuersiam vocari, certe nec Wolfius intelligit, nec ego. ἐπιδικάσειν enim in actiuo dicitur ad iudicare*

s) In Apparatus critici ad Demosthenem Vol. III. pag. 1522. seq.

t) Virgilius Aeneid. Lib. III. vs. 434.

v) Cf. Reiskii Indices Opp. Demosthenis Lips. 1775. p. 86. h. v. Budaeum in Comment. Ling. gr. pag. 58. 60.

dicare hereditatem, aut virginem orbam; ἐπιδικάζουσα
 autem in medio, petitor dicitur, cum adiudicari sibi curat
 et impetrat (x) 2° non ex lege ipsa concludit *Demosthe-
 nes*, quae *Petitus*; de quo infra dicetur vberius. *Existi-
 mat* vir eruditissimus, *ciuium adscriptorum, qui orbi essent,
 bona in aerarium translata fuisse etc.* existimat, sed non
 probat. *Loca Petito* contraria in medium proferam.
 Qui legerit *Oratoris* haecce (y): Ἰπποκράτης εἶπε πλαται-
 εῖας εἶναι ἀθηναίους ἀπὸ τῆς δε τῆς ἡμέρας, ἐντιμῆς, καὶ ἀ-
 περ οἱ ἄλλοι ἀθηναῖοι, καὶ μετῆναι αὐτοῖς, ὥν περ ἀθηναῖοις
 μῆτεσι, πάντων, καὶ ἱερῶν, καὶ ὀσίων. πλην εἰ τις ἱεροσύνη,
 ἢ τελετὴ ἐστὶν ἐκ γένους, μηδὲ τῶν ἐννεὰ ἀρχόντων. τοῖς δ' ἐκ
 τῆστων. *Hypocrates* reuulit, *vi Plataeenses ab hac die pro
 Atheniensibus acciperentur, omnisque iuris, cum sacrorum,
 tum profanorum, cuius Athenienses, participes sint; si sacer-
 dotium, aut festum gentilitium, aut nouem Archontum ma-
 gistratum exceperis; quae tamen omnibus paterent iis, qui
 hos vitae suae colerent auctores; aequae ac quae de Charidemo,
 inter ciues Athenienses adscripto, dicit Demosthenes (z):
 οὐμῖς δ', ὡ ἀνδρες ἀθηναῖοι, πάσης τῆς πόλεως μεταδόντες
 αὐτῷ vniuersa eum donantes ciuitate; quaeue de iisdem
 Plataeensibus profert *Isocrates* (a): πολίτας ἐποίησαντο, καὶ
 τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἀπάντων μετέδσαν, ciuitate Athe-
 nienses, quicunque aduenerant, Plataeenses donarunt, ac om-
 nium rerum pari iure secum frui permiserunt: minime cum
Petito existimabit, nec Charidemo, nec Plataeensibus,
*supremae voluntatis, postquam iam aliud velle non pos-
 sunt, liberum fuisse stylum, et licitum, quod iterum non
 redit, arbitrium. Vna re ciuium indigenarum conditio ex-
 cellebat ciuium adscriptorum iure ciuitatis, puta sacer-
 dotii nouemque Archontum magistratus dignitate et festo*
 genti-*

x) Cf. *Indices Opp. Demosthenis* p. 348. b. v. *Budaicum* l. c. p. 118. seq.

y) *Demosth. in Neeram in Orat. graec.* Vol. 2. p. 1380.

z) *aduersus Aristocrar. in Orat. gr.* Vol. 1. p. 691.

a) in *Panathen. in opp. quae cura Hier. Wolfii Basileae 1671. prodire*
 pag. 598.

gentilitio. Quod abunde ex oratoris his patet (b); ἴσους γάρων ὁ δῆμος ποιήσεται ὁ ἀθηναίων πολίτας, ὁ νόμος ἀπαγορεύει διαφέρειν, μὴ ἐξῆναι αὐτοῖς τῶν ἐνέα ἀρχόντων γενέσθαι, μηδὲ ἱερωσύνης μηδεμίαν μετασχεῖν. τοῖς δ' ἐκ τούτων μετέδωκεν ἤδη ὁ δῆμος ἀπαντῶν, καὶ προσέθηκεν, εἰάν τις ἐκ γυναικὸς ἀστῆς, καὶ ἐγγυητῆς κατὰ τὸν νόμον. Quos populus ciuitate donarat attica, nec nouem Archonton magistratu, neque ullo Sacerdotio fungi poterant; bene tamen, qui iis ortum debebant suum, modo ex matre ciue et legitime desponsata essent nati. Ceterum DEMOSTHENES dicens (c): εἰ γὰρ ὁ μὲν Σόλων ἐθηκε νόμον etc. ne verbo quidem mentionem facit ciuis indigenae, 3^o Rationem, cur Reiskio ista: ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτε ἐπιδικάσασθαι videantur non in lege fuisse, sed ab Oratore addita? neglexit Ipse. Mihi quidem vt cum eo sentiam, causa nec vlla est. 4^o Quis, quaeso, dixerit vnquam iure ciuitatis donari idem esse ac adoptari a populo, patre communi, in ciues, magnam illam ciuium omnium familiam? Quae haec adoptio? Adoptionem siue arrogationem ignorant hanc prudentia iuris quos delectat; ignorat eam et in hisce verbis legitimis Legislator atticus; ignorat eam demum Demosthenes, Ictus Atticus. Plane haeca lege nostra sunt aliena. 5^o Ἐπιδικάσασθαι et ἀπειπεῖν, cum vtrumque varlam admittat significationem, certe, necesse est, eligamus eam, quae tenori, sensui atque rationi verborum legitimorum respondet, 6^o Legem hanc qui exhibent rei graecae atticique iuris scriptores, nunquam, quantum ego intelligo, distinguunt inter Ciues indigenas, et Ciues adscriptos. Prouoco ad DEMOSTHENEM (d) PLVTARCHVM (e) ISAEVM (f) qui: νόμος γε ὄντος ἐξῆναι ὅτω βέλτοιο δέναι τὰ εἰαυτῆς lege^s veniam cuique dante, cuiunque velit, bona sua dele-

b) Demosthenes in Neaeram l. c. p. 1376.

c) L. c. pag. 488.

d) πρὸς ΔΕΠΤΙΝΗΝ in Orat. graec. Vol. I. p. 488.

e) In Solone p. 90.

f) Super Aplyphili hereditate in Orat. graec. Vol. VII. p. 237.

delegandi et alibi (g): καὶ τῷ μὲν πατρὶ αὐτῆς, εἰ παῖδες ἄρρενες μὴ ἐγένοντο, ἐκ ἂν ἐξῆν ἄνευ ταύτης διαδέσθαι. (κελεύει γὰρ ὁ νόμος συν ταύταις κύριον εἶναι δεῖναι, εἰάν τῷ βούλοιτο, τὰ ἑαυτῆ) τῷ δὲ μήτε etc. ne patri quidem matris meae licuisset, si prole mascula caruisset, in fraudem filiae ultimam suam condere elogium (lex enim sic statuit: si cui patri nulli sint liberi masculi, ei licere bona sua, cui velit, legare, dummodo is, cui legat, filiam quoque eius in matrimonium ducat; et ISOCRATEM (h): ἄξιον δ' ἐστὶ καὶ τῷ νόμῳ βοηθεῖν, καθ' ὃν ἐξέσιν ἡμῶν καὶ παῖδας εἰσποιήσασθαι, καὶ βελεύσασθαι περὶ τῶν ἡμετέρων αὐτῶν: ἐνθυμηθέντας, ὅτι τοῖς ἐρήμοις τῶν ἀνδράπων, ἀντὶ παίδων ἐτός ἐστω ὁ νόμος. Defendere debetis legem, per quam nobis et liberos adoptare licet et de re familiari, de patrimonio nostro pro arbitrio disponere et paulo post (i): πρὸς δὲ τούτοις, διαθήκας παρ' αὐτῶν τῶν ἀντιδικῶν ὁμολογημένας. ἐστὶ δὲ νόμος ταύταις βοηθοῦντα, ὅς δοκεῖ τοῖς ἔλλησι καλῶς κείσθαι. Adest testamentum praeterea; quod nec aduersarii negant nostri. Cui et suffragatur lex, cuius praestantiam omnes probant Graeci. Hinc iis iam occinam illud: lege non distinguente, nec nostrum est distinguere. Nunc vero ad ipsam legis nostrae me accingam interpretationem.

Ὅσοι μὴ ἐπεπόνητο, inquit Legislator Atricus. Puto filios adoptiuos respexisse legislatorem et disposuisse: Qui adoptati non sunt. Adoptatos enim et lex alia impediebat, quo minus ultimum suum conderent elogium. Legem eam quam Solon tulit, recitat Demosthenes (k): τοῖς δὲ γε ποιητέσιν ἐκ ἐξόν διαδέσθαι. ἀλλὰ ζῶντας ἐγκαταλιπόντας υἱὸν γνησίον ἐπανιέναι, ἢ τελευτήσαντος ἀποδιδοῦναι τὴν κληρονομίαν τοῖς ἐξ ἀρχῆς οἰκείοις οὖσι τοῦ ποιησαμένου (l). Qui igitur adoptati erant, vel filium habebant

D

g) De Aristarchi Heredit. ibid. pag. 262.

h) In Oratione quam in iudicio apud Aegeneas habuit pag. 942.

i) Ibid. pag. 944.

k) in Leobareni edit. Lips. Vol. 2. p. 1100.

l) Cf. Peritum l. c. pag. 583.

habebant superstitem vel minus. Fac prius, dum modo,
quae

Crinibus et roseis tenebras *Aurora* fugarat (m)
hanc videre, *Parcae* quae

— *fila* legunt (n)

concederet, in domum redire paternam leges indulgere
iis. Fac posterius, et agnati patris adoptantis vocabantur
ad hereditatem capeffendam; nec iis liber erat, vlti-
mae, postquam aliud velle non possunt, voluntatis fly-
lus. *Demosthenes* alibi (o): ὁ γὰρ τῶ Σόλωνος νόμος, εἰς
διαθεῖσθαι τὸν ποιητὸν εἶναι τὰ ἐν τῷ οἴκῳ, ὅταν ποιηθῆ. Ce-
terum in ea, quam in *Leocharem* habuit, *Oratione* (p)
legis nostrae elegantem plane exhibuit interpretationem
Demosthenes: ἀλλὰ τοῖς νόμοις ἀκολούθως, περὶ εἰκάστων τῶν
γεγραμμένων ὁ νόμος λέγει ὅσοι μὴ ἐπεποιήτο, φησὶν,
ὅτε Σολων εἰσῆει εἰς τὴν ἀρχὴν, εἶναι αὐτοῖς διαθεῖσθαι,
ὅπως ἂν ἐθέλωσι. τοῖς δὲ γε ποιηθεῖσιν ἐν ἕξῳ διαθεῖσθαι.
Qui igitur adoptati non sunt, ex Lege Solonis testamen-
tum condunt; qui vero adoptati sunt, iis haud ius com-
petit testamentifactionis. Recte igitur ac iure meo ex
Demosthenis hisce probo in nostra lege verba: ὅσοι μὴ
ἐπεποιήτο ad eos solos, qui adoptati non sunt, esse di-
recta. *Demosthenem* laudo iuris huius auctorem, optimum
certe interpretem. Qui adoptati non sunt, ὥστε μὴτε
ἀπειπεῖν, μὴτὶ ἐπιδικάσασθαι, quibus nec iure testamen-
tifactionem inhibere, nec quorum hereditatem in iure
petere licet, ex lege *Solonis*, τὰ εἰαυτῶ διαθεῖσθαι εἶναι,
ὅπως ἂν ἐθέλω, iis licet supremam edere contestationem
liberam, ἂν μὴ παῖδες ὡς γνήσιοι ἀρβύρες, modo non su-
perstites habeant liberos masculos (pp). Descripsit legem
nostram

m) *Virgil. Cul. vs. 43.*

n) *Idem Aeneid. Lib. X. vs. 815.*

o) *Ibidem pag. 1100.*

p) *Ibidem pag. 1100.*

pp) *Vid. quae disputat Ant. Thyssus in Cellar. LL. Atticar. et rom. in
Thes. Gronov. Vol. 5. pag. 1394.*

nostram orator dicens (q): ἄξιον δε καὶ τῆτο ἐνθυμηθῆναι, ὅτι ὅσοι μὴ ἐπεποιήγτο, ἀλλ' ἦσαν πεφυκότες γνήσιοι, τῆτοις ὁ νόμος δίδωσιν, εἰάν ἀπαιδὲς ᾖσι, διαδέδαι τὰ ἑαυτῶν. ὁ τοῖνον πατὴρ ἡμῶν ἐπεποιήγτο ὑπὸ τῆ δήμῃ πολίτης, (ᾧστε εἰδε κατὰ τῆτο ἐξῆν αὐτῶ διαδέδαι διαθήκην. descriptis, id iam salua mea sententia concedam *Petito*, minime vero contra me protulit quae militant. Aliquam etsi prae se ferat inde, quod *Pasio* ille, *Apollodori* pater, hospes videatur et civitate donatus, veritatis speciem ea, quam *Petitus* aliique amplexi sunt sententia, tamen a veritate alienam esse eam, existimo. Cum enim vltimis Mortalium voluntatibus tantum fauoris legitimi, tantum dignitatis, tantum denique insit auctoritatis, vt summum illud, quod in Legibus de testamentifactione latis nunquam neglexerunt Legislatores, principium, vltimorum elogiorum exitus fuerit: vtique quae propius ad summum illud accedit principium, ea erit et accipienda sententia atque interpretatio (r). Forsitan *Pasio* ille adoptatus fuit ab aliquo siue arrogatus. Rem tamen obscuram et ego profiteor ipse. Sententia est: ὅτι ὅσοι μὴ ἐπεποιήγτο, ἀλλ' ἦσαν πεφυκότες γνήσιοι, qui non adoptati sunt, sed liberi nati legitimi. Eleganter quidem; ac si adoptati, qui iura amittunt agnationis, non tam viderentur legitimi liberi nati, quam adoptione, quae naturam imitatur, legitimi liberi facti (rr). Ὅσοι μὴ ἐπεποιήγτο γνήσιοι, qui non sunt

D 2

- q) *Demosthenes in Stephan. Orat. 2. l. c. pag. 1133:*
- r) Eleganter *Imp. CONSTANTINVS in L. I. C. de Sacros. eccles. Nihil est quod hominibus magis debeatur, quam vt supremae voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, et licitum, quod iterum non redit, arbitrium.*
- rr) Quibus respondet illa *Quiritium* adrogationis formula: VELITIS. IVBEATIS. QVIRITES, VTL LVCIVS, VALERIVS. LVCIO. TITIO. TAM. IVRE. LEGE. Q. FILIVS. SIBI. SIET. QVAM. SI. EX. EO. PATRE. MATRE. Q. FAMILIAS. EIVS. NATVS. ESSET. VTL. Q. EI. VITAE. NECIS. Q. IN. EO. POTESTAS. SIET. VTL. PATRI. ENDO. FILIO. EST. HAEC. ITA. VTL. DIXI. ITA. VOS. QVIRITES. ROGO. A. GELLIVS in *Noct. Att. L. 5. C. 19. edit. Gronov. p. 421. Cf. BARN. BRISSONIVM. de*

sunt liberi legitimi, ἀλλ' ἦσαν πεφουκότες γνήσιοι sed nati sunt liberi legitimi (r). τέτοις ὁ νόμος δίδωσι, ἐὰν ἀπαίδες ᾶσι, διαδέσθαι τὰ ἑαυτῶν; istis ius competit testamentifactionis, nisi filios habeant legitimos superstites. ὁ τοίνυν πατήρ ὁμῶν ἐπεποίητο ὑπὸ τῆ δῆμος πολίτης. Passio vero per populum ius obtinuit ciuitatis i. e. pater vero Apollodori legitimis obseruatis solennitatibus adoptatus est. ὑπο τῆ δῆμος πολίτης. Per populum ciuis. Iure enim ciuitatis non nisi a toto populo donari quis potuit (t). Adoptandus vero, nisi esset ciuis, primo inter ciues, sicque in tabulas referbatur nomen eius (v); ita, vt haecce: ὑπὸ τῆ δῆμος πολίτης ciuis factus siue adoptatus, egregie prae se ferant elegantiae speciem et dictionis plane Demostheneae. ὥστε κατὰ τῆτο ἐξῆν αὐτῶ διαδέσθαι διαθήκην. Adoptatis enim non ius competit testamentifactionis. Qua nouum pondus, maior grauitas meis additur argumentis, iam in medium profero legem atticam, vbi expresse Theseus legislator: πᾶσι τὰ ἴσα εἶναι omnes pari iure sumto (x).

Nullum prorsus leges nostrae, de hereditatibus quae ex legis quaeue ex testamenti capite deferuntur, quae agunt, produnt odium vel in hospites vel in alios, quosue, adeo vt mulieres hospites in iure hereditatem potuerint petere. Quod clare innuit Demosthenes (y). Qua ex causa ciues ipsos iure voluissent priuatos isto, personam suam transferendi in alios non personalissimam?

Filii igitur isti sui erant heredes. Iure enim tabulas quis condit supremas, nisi sibi sint filii legitimi: ὁ γὰρ νόμος διαθήκην λέγει, ἐξῆναι διαδέσθαι ἕπως αὐ ἐθέλη τῆ

Form. Lib. 8. p. 724. FR. HOTTOMANNVM de form. antiqu. AEG. MENAGIVM Amonitar. I. C. 39. pag. 257. seq.

r) παῖς γνήσιος proprie est, ὁ γένω γεγονώς natus qui opponitur τῶ ποιητῶ facticio, adoptato.

t) De quo vide Io. Potteri Arch. Gr. L. I. pag. 42.

v) Pater. pag. 153, et L. IV. pag. 283. add. Petrum. L. II. tit. IV. pag. 230.

τις τὰ αὐτῶ. εἰ μὴ παῖδας γνησίους καταλίπη ἄρρενας (z).
 Inde, cuius lectione multum iuris attici interpres profi-
 cit, ISAEVS noster (a): ἔτε ἐν Ἀρίσταρχον Φῆσαι τις δια-
 φθεοῖται ἐν ἀληθῆ λέξει. (γνησία γὰρ ὄντος αὐτῶ Δημοχα-
 ρος υἱός, ἔτ' αὐ' ἐβελετο ταῦτα διαπραξαι, ἔτε ἐξῆν δέναι
 τὰ εἰαυτῶ ἐτέρω). Recte quidem; cum enim Aristarcho
 Demochares filius esset legitime natus, minime Aristarcho
 in Democharis sui fraudem ultimum suum elogium eden-
 di ius fuit. Quae et apud ENNDEM leguntur alibi (b):
 τοῖς γὰρ Φῶσαι υἱῶν αὐτῶ εἰδὲς ἔδεν ἐν διαθήκῃ γράφει δόσω
 ἔδεμῖαν, διότι ὁ νόμος αὐτὸς ἀποδίδωσι τῶ υἱεῖ τὰ τῶ πατρὸς,
 καὶ εἰς διαφθεοῖται ἐὰ, ἔτω αὐ' ὡσι παῖδες γνησίοι. Hi enim
 iure ipso sui vocantur heredes. Ita quoque LL. XII.
 Tab. cautum: SEI. PATERFAMILIAS. INTESTATO.
 MORITOR. (c). *Et alia: SEI LIBERTOS. INTESTATO.*
 MORITOR. QVOI. SVOS. HERES. (d). Adquam
 se refert legem CALLISTRATVS (e).

D 3

Filii

x) Plutarchus in *Theseo*. Petrus pag. 204.

y) In *Stephan. Orat.* 2. pag. 1135.

z) *Isaeus de Pyrrhi hereditate in Orat. graec. Vol. VII. pag. 58.*

a) *de Aristarchi hereditate pag. 258.*

b) *Isaeus super Philoctemonis hereditate pag. 138.*

c) *Quam legem XII. TABB. ex M. Tullii Ciceronis de Inventione L. 2. Cap. 50. edir. ERNEST. Opp. Vol. I. p. 332. ex Auctoris ad Heremium L. 1. Cap. 13. edir. Burmann. pag. 36. Vlpiani fragmentis Tit. 26. in Schuldingii Jurispr. Ante-Iustin. p. 665. et Auctoris Collation. LL. Mosaic. et rom. Tit. 16. ibid. p. 789. exhibent Theod. Marcilius in LL. XII. Tabb. in *Thef. Orton. Tom. 4. pag. 265. Pardulphus Præcius de LL. XII. Tabb. ibid. p. 458. Iac. Goshofredus in Fontib. I. C. Lib. III. ibid. Tom. III. pag. 96. seq. Fr. Balduinus in Comment. ad easdem tabulas in Jurispr. Ant. et rom. T. 1. pag. 112. I. Lipsius de LL. XV. Viralib. in Opp. quae Vessalæ 1675. in lucem emissa sunt Tom. 4. p. 329. Nic. Funccius de LL. XII. tabb. p. 226. Cf. et Ge. Chr. Gebauerum de success. int. ingenios iure san- guinis ab intest. civil. C. I. in *Quatern. Dissert. Goctriagæ novissime editæ. pag. 6.***

d) *Vlpianus in fragment. tit. 29. in Jurispr. Ante Iustin. p. 675. Cf. præter Reuardon in Tract. vniu. Iur. Tom. 1. p. 1. A. Augustinum, Ritzshufium, Jan. Vincent. Grammam in Originib. I. C. To. 1. Lib. II. edir. Neap. p. 152.*

e) *In L. 220. τ de V. S.*

Filii sui patris obitum qui lugebant pie, qui nec in iure petere tenebantur eam, aequis fortibus inter se diuidebant hereditatem paternam. Legem quae diuisionem hanc iniungit suis heredibus, laudat Iſaeus (f): τῶ υἱοῖς κλελεύοντος ἅπαντας τὰς γνησίους, ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῶων. Omnes legitimi filii erciscuntō familiam.

Quodsi ex filio suo exſtarent nepotes, hi et in bona aui ſui ſuccedebant. Diſputat de nepotibus ex filia Iſaeus (g): Κίρωνος θυγάτηρ ἢ ἀδελφὸς ἐγγυτέρω τῷ γένει ἐſτί; δῆλον γὰρ ὅτι θυγάτηρ. ἢ μὲν γὰρ ἐξ' ἐκείνου γέγονεν, ὃ δὲ μετ' ἐκείνου. θυγατρός δὲ παῖδες, ἢ ἀδελφός; παῖδες δὴπρῶθεν. γένος γὰρ, ἀλλ' ἐχὶ συγγένεια, τῶτ' ἐſτιν; qui et ad ius certum, euident, manuſteſtum prouocat: πάντες γὰρ υἱοῖς τῶν πατρῶων, τῶν παππῶων, τῶν ἐπιπεραιτέρω κληρονομεῖτε, ἐκ γένει παραληφότες τὴν ἀγχιστεῖαν ἀνεπίδικον.

Verum autem niſi pater filios ſuos educandos neglexiſſet (gg), iterum et filiis certa quaedam officia (h). Summam ad ſenectutem profeſtos patres alebant ſuos; honoremque vitae ſuae conditoribus debitum vindicabant ſibi iſti. Εὰν τις γονεὺς μὴ φρέψῃ, ἄτιμος ἔſω (i). De iis qui vel manus impias inferre patri, vel quouis modo malos ſe in eum gerere haud ducerent neſas, audias LYSIAM (k): ὅστις ἐν τὸν τε γόνω πατέρα τὸν αὐτὲ ἐτυπτέ, καὶ ἐδὲν παρεῖχε τῶν ἐπιτηδείων, τὸν τε ποιητὸν πατέρα ἀφεί-

f) De Hered. Philoſtem. in Orat. gr. Vol. VII. p. 137. Vid. Poterum l. c. p. 186. et Petium p. 584.

g) de Cironis heredit. l. c. p. 217. ſeq.

gg) de Educarione liberorum vid. Io. Per. Milleri Diſſ. inaug. de ΠΑΙΔΑΓΩΓΙΑ Ver. Graec. Lipſ. 1735.

h) annona et a liberis praestanda erat parentibus. Meurfus in Solone Cap. XVII. et XXII. Poterum l. IV. C. XV. Henr. Stephanus in I. C. Fontib. et riv. in Theſ. Meermann. T. I. p. 17.

i) Laertius in Solone. Cf. Pardulph. Præcium in Iurispr. ver. de LL. Solonis, in Orton. theſ. T. IV. p. 400. et Heraldum in Animaduerſ. L. VII. Cap. 23. §. 2. 3.

k) in Orat. quae Agorati accuſationem comprehendit. In Orat. graec. Vol. V. p. 510.


ἀφείλετο, ἃ ἦν υπάρχοντα ἐκείνα ἀγαθὰ, πᾶς δ' καὶ διὰ
 τῆτο καὶ διὰ τὸν τῆς κακώσεως νόμον ἀξίός ἐστι θανάτω ζη-
 μιωθῆναι (l). Omnibus nota est lex illa de Parentibus co-
 lendis *Triptolemi antiquissima* (m).

Iniuncta quoque erat heredibus suis funeris effe-
 rendi obligatio et accedendi ad aras, vt horum colerent
 sacra, Deorum Manium (n). Vnde *ISAËVS* (nn): ὑπο-
 παρωθῶν, ὅπως ἐκείνος δοκίη θάπτειν, ἀλλὰ μὴ ἐγώ, τὸν
 πάππον. Quibus et innuit, Nepotes heredes existisse
 aui sui legitimos.

Haec eiusdem *ISAËI* hunc iure suo occupant *Io-*
eum (o): ὅπως δὲ μηδὲν με ταύτη πλεονεκτοῖεν, παρ' ὁμῶν
 φάσκοντες οὐδὲν με εἰς τὴν ταφὴν ἀνηλακῆναι, τὸν ἐξηγητὴν
 ἐρόμενος, ἐκείνους κελύσαντες, ἀνήλωσα παρ' ἐμαυτῶν. καὶ
 τὰ ἐνάτα ἐπήνεγκα, ὡς οἶόν τε καλλίστα παρασκευάσας,
 ἵνα αὐτῶν ἐκκόψωμαι ταύτη τὴν ἱεροσυλίαν, καὶ ἵνα μὴ δο-
 κοιῶν εἶτοι μὲν ἀνηλακῆναι πάντα, ἐγὼ δὲ εἶδεν, ἀλλ' ὁμοίως
 καὶ γὰρ. Ad hoc ius sese refert *Euripides* (p).

CA-

- § Iure veteri romano liberi, qui iustitiosam illam adibant hereditatem;
 elugere compellebantur, vid. *Iac. Guther. de Iure Manium* L. III. C. 28.
 p. m. 577. *Kirchman. de funerib. rom.* L. IV. C. X. p. m. 615. seq.
- m) *Porphyrius de Abst. Lib. IV. Ad. Io. Meursium in Themid. Ast.* L. I.
 C. 1-3 in Gron. thes. Vol. V. p. 1950. seq.
- n) Religiose et romanos veteres sacrorum rite constitutorum perpetuo
 conservandorum egisse curam, docebit te, quem vide *Iac. Gu-*
therius de vet. iure pontif. L. II. C. V. edit. Paris. p. 173. *Chr.*
Gorl. Schwarzius in eleg. diss. de Sacror. detestatione §. V. seq. in
 Dissur. quae Erlangae nouissime prodire p. 315. seq.
- nn) de *Cronis heredit.* l. c. pag. 223.
- o) *ibid.* pag. 224.
- p) in *Alceste* vs. 662.



CAPVT III.

DE

FILIABVS SVIS ET LEGITIMIS EARVM-
QVE SVCCESIONE.

De filiarum suarum et legitimarum acturus Successione legitima animaduertat, necesse est, vtrum filii sui et legitimi exstiterint, an minus. Quod si neglexerimus, minime nostra procedet disputatio.

Filiae suae et legitimae, pater si superstites haberet filios γνησίους, non in eius succēdebant hereditatem; sed dote accepta haud praeteritae videbantur eae. Exemplum nobis offert *Demosthenes* Oratoris pater: Δημοφῶντι δὲ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, καὶ δύο τάλαντα ἐοθὺς ἔδωκεν ἔχειν (a). Addo et *ISAEI* haec (b): ἔ γάρ θῆκε, γνησίῳ ὄντος υἱῶς Εὐκλήμονι, ἐπίκληρος ἂν εἴη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, ἐδὲ ὁ κληρὸς ἐπίδικος. Si filius fuit *Euctemoni* legitimus, manifesti aique evidentis iuris est, eius filiae nec ius fuisse succedendi, nec hereditatem ipsam controuersam. Quod si orbae puellae istae essent egentes, nullamque haberent dotem, has qui proxima attingebant necessitudine vel in uxores debebant ducere, vel elocare eas. Legem tulit *Solon* de iis (c): τῶν ἐπίκληρων, ὅσαι θῆτικὸν τελουσιν, εἰὰν μὴ βούληται ἔχειν

a) *Demosthenes* in *Apob. Orat. I.* in *Orat. gr.* Vol. 2. pag. 814.

b) de *Philoclemonis* heredit. L. c. pag. 147.

c) Legem recitat *Demosthenes* in *Macariat.* in *Oras. gr.* Vol. 2. p. 1067. Vid. *Io. Meursius* in *Solone C. XVI.* p. m. 55. et praecipue in *Leq. Attic.* L. V. C. I. in *Thef. Gronov.* Vol. V. pag. 1886. *Des Heraldus* L. c. L. III. C. XV. p. 250. seq. 256. seq. *Petius* L. c. L. VI. tit. II. pag. 551.

ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκιδότω ἐπίδους, ὁ μὲν πεντακτοιομεδιδίμος etc. Θῆττα ἐπίκλην οὐκ ἔχουσα Φερνήν πενιχρὰ καταλειφθεῖσθ' ὑπὸ τῆ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγγισίων προικζομένη κατὰ νόμον (d). *Thessa vel Theta non habens dotem, egena relicta a patre, et ab proximis donata dote secundum leges.* Reliqua IO. MEVRSIVS, DES HERALDVVS, et SAM. PETITVS. Sed pone iam casum posteriorem: fac nullos vel filios patri esse natos legitimos, vel ab fatali hora oppressos eos; numne filiae eius sint heredes? Iterum distinguas mecum. Vel quis ea lege sibi desponderi filiam passus fuerat ita, vt contentus esset dote illi addenda, ipsam hereditatem ne peteret. Exemplum exhibet ISAEVS (e): ὁ γὰρ πατὴρ οὐμὸς ἐπὶ προικὶ (f) ἐγγυησάμενος τὴν ἐμὴν μητέρα συνώκει, τῶν δὲ κληρῶν τῶν κερπεμένων ἐν ἔχειν ὅπως εἰσπράξαιτο. Vel pater testamentum condens alium sibi instituit heredem, nec quidem ἀνευ τῶν θυγατέρων (g), sed ἐπὶ ταύταις (h). Vtique filiarum suarum curam egisse videbatur testator, nec praeteriisse, modo heredi instituto filiam suam desponderet in vxorem legitimam. Qua lege neglecta, vltima testatoris voluntas exitum non habebat. Quodsi nec pater vltimum suum edidisset elogium, filiae suae et legitimae ex intestati causa adibant hereditatem paternam. Ἐπίκληρος (i) dicebatur mulier vel virgo, vtroque parente orbata, nullo fratre superstite, cui hereditas obuenit, quaeque omni cum pecunia proximo agnato nubere debebat. Inde ISAEVS (k): Δοκεῖ ἀν' οὐμὸν ὁ μεμαρτυρηκῶς ἐγγυῆσαι, ἐπιτρέψαι ἀν' τι τῶν γίνεσθαι, καὶ ἐν ἀν' ἐπὶ

d) Auctor Etymologici. Add. Suidam f. v. Θῆττα et Diodorum Siculum L. XII.

e) de Aristarchi Heredit. p. 264.

f) i. e. ἐν ἐπὶ κληρῶ, ὡς ἐν ἔσαν ἐπὶ κληρῶν. Fatebatur pater meus vxorem suam non esse ἐπὶ κληρῶν.

g) Isaeus de Pyrrhi Hered. pag. 43.

h) ibid. pag. 58.

i) V. Budaetum in Comment. Ling. Gr. pag. 119.

k) de Pyrrhi Hered. l. c. pag. 43.

ἐπὶ τῇ κλήρῳ τῇ λήξει, ἢ ὁ Ἐνδίου λαχὼν ἐπεδικάζετο, ἀμφοισθητῆσαι ἀνὸς ὑπὲρ τῆς ἀδελφίδος τῆς αὐτοῦ; καὶ ἐκ ἀν διαμαρτυρησαι ἐκ ἐπίδικον τῷ Ἐνδίῳ τὸν ἐκείνης πατρός κληρον εἶναι. Et paulo post (l): εἰ δὲ διαμαρτυρησαι, τὴν ἀδελφίδην τὴν αὐτοῦ γνησίαν θυγατέρα Πύρρῳ καταλειφθήναι. Nicodemus non ausus est Endio controversiam hereditatis movere, filia legitima superstite, a patre bonorum herede relicta. Et alibi (m): ἀλλὰ νομὶ δικαίον εἰπῆν ἐστίν, ὃ ἄνδρες — καὶ πᾶς ἐκ ἐπίκληρος ἢ ἐπὶ τέτοις τοῖς χρήμασι ἢ ἐμὴ μητρί. Nunc iure meo ex Xenaeo quaero, cur filia, mater mea, non fuerit a Patre cum hereditate relicta? Filiae hae heredes iis, qui summa eas contingebant necessitudine, nubebant. Legis huius meminit ISAEVS (n) προσήκον δ' αὐτῇ μετὰ τῶν χρημάτων τῷ ἐγγύτατα γένος σοιοικεῖν, πάσχει δεινότητα, ὃ ἄνδρες. Cum autem ex lege proximus cognatus eam cum omni pecunia uxorem debuisset ducere, iniuria mater mea affecta est atrocissima (o). Hereditatem virginemque in iure vindicabat sibi cognatione proximus. Κληροῦν δὲ τῶν κληρῶν, καὶ ἐπικληρῶν, ὅσοι εἰσὶ μῆνες, πλὴν τῷ σκυροφοριῶνος, ἀνεπίδικον δὲ κληρὸν μὴ ἔχειν (p). Hereditatem igitur et virginem heredem in iure tibi vindicatio. Nefas est uxorem heredem hereditatemque teneri ab eo, qui sententia vel Archontis, vel Polemarchi eam non adiudicauerit, aut qui super ea iure non contenderit (q). Qui enim patris intestati filias ducebat domum, hereditatem ipso iure capiebat ea ex lege: ὅστις ἀν μὴ διαθέμενος ἀποθάνη, εἴαν μὲν παῖδας καταλίπη θηλείας, σὺν ταυτησί. εἴαν δὲ μὴ, τότεδε κυρίου εἶναι τῶν χρημάτων (r). Si quis intestatus diem suum obiit supremum, et filias reliquit,

l) Ibidem pag. 44.

m) De Aristarchi Hered. pag. 265.

n) Ibidem pag. 257.

o) Cf. Peritum L. c. L. VI. Tit. I. p. 539. seq.

p) Demosthenes in Stephan. Orat. 2. pag. 1136.

q) Cf. REISKIUM in Apparatu critico ad Demosthenem Vol. III. p. 1526.

n. 1135 et WOLFIVM ibid. Vol. II. p. 933.

r) Demosthenes in Macartar. l. c. pag. 1067.

quit, cum iis hereditatem adeant, qui earum salubuntur mariti. Si nec filiae sint superflites, heredes vocantur etc. (s). *μη διαθέμενος*; haud vero prouti IAC. PERIZONIUS legit, *διαθέμενος*. Quae mea et legibus atticis respondet lectio. Relictis enim filiabus, siue testatus, siue intestatus decederet pater, semper pro vxoribus hereditatem adire debebant mariti. Ad cuius rei intelligentiam multum fert lex iam a nobis laudata illa: *ἢν ἂν ἐγγυήσῃ* (t) etc. Meae tamen expectationi satisfecerunt, qui in Lege nostra: *οστις ἂν μὴ διαθέμενος* interpretanda versati sunt, nec HIERONYMVS WOLFIVS (a), nec PARDVLPHVVS PRATEIVS (b). Uterque enim ex hac lege colligit, filios et filias simul ad patris intestati hereditatem vocari; ita, vt WOLFIVS hanc legem exponat: — *εἰάν μὲν παίδας καταλίπηθῃς θηλείας, τὰς υἰῶς σὺν ταυτησί. εἰάν δὲ μὴ καταλίπηθῃς παίδας θηλείας, τὰς υἰῶς*. Quibus cum vt faciamus, nostra secta non patitur. Nam 1° si vera esset *Wolffi* sententia, certe Demosthenes haud addidisset: *μη διαθέμενος*. Pater enim cui filii superflites, testamentum haud iure condebat. Cui bono ergo ista: *μη διαθέμενος*? Sed si etiam 2° negationem putaueris tollendam, atque legeris; *διαθέμενος*, falsa erit tua opinio. Si enim pater habuerit filios, nec *διαθέμενος* decedere potuerit; quod certi et indubitati iuris est.

In viam redeo. De more isto vindicandi virginem heredem, audias ISAEVM (c): — *τοῖς ἐγγύτατα γένεσ ἐπιδικᾶς ὁ νόμος εἶναι κελεύει*. Et eundem (d): *οἷς προσή-*
E. 2 κε

- f) Habet quaedam, quae ad huius legis interpretationem faciunt *Iac. Perizonius* in *Diss. de L. Voconia* feminarumque hereditatibus in *Dissert. quae collectae cum Praef. Io. Gott. Heineccii* prodire Lugd. Bat. 1740 pag. 147.
- g) *Demosthenes* in *Stephan. Orat. 2.* pag. 1134.
- a) in *Annorat. ad Demosthenem*, quas *Reiskius* inseruit *Apparat. crit. Vol. II.* pag. 915.
- b) De *LL. SOLONIS* in *Iurispr. vet. in Thes. Orton. T. IV.* pag. 404.
- c) de *Pyrrhi* hereditate l. c. pag. 55. seq.
- d) de *Aristarehi* pag. 261.

κει τῆς ἐμῆς μητρὸς ἐπιδικάσασθαι. Ad quam legem respicit **TERENTIVS** (e):

GE. *Lex est, ut orbae, qui sint genere proximi,*

Iis nubant: et illos ducere eadem haec lex iubet.

Innumeri hoc de iure loci classici (f). Immigrabant filiae tacite in bona paterna. ἀλλ' ἐβάδιζεν ἂν ἡ γνησία εἰς τὰ εαυτῆς πατρῷα (g). Vnicuique, qui modo vellet, iis licebat succurrere cum de hereditate ageretur filiarum. καὶ ἐξοὶ τῶ βελομένω βοηθῶν τοῖς ἐπιυλήροις (h). Nec in id genus iudicii multae dicendae erat locus, ne quidem si accusatoribus nulla prorsus esset denunciationis ratio, nec pecuniae, nec iuramenti depositioni; sed actori cuique sine vilo periculo denunciandi potestas; reos autem condemnatos extremae manebant poenae. Quae omnia habet **ISAEVS** (i).

Qui vero filiae heredi bona paterna vel ademerat, vel per vim eorum natus erat possessionem: et inde vi deiciebatur, et non solummodo priuatas habebat decertandas lites, sed et iudicium dabatur in eum publicum, atque in discrimen incurrebat amittendi capitis et pecuniae (k).

Quod ad successionem ex filia natorum attinet, nisi auo esset filius suus et legitimus superstes, nepotes ex filia succedebant in auita bona. ἀκριβῶς γὰρ ἦ, δει **ISAEVS** de **ENDIO** (l) διότι τοῖς γε ἐκ τῆς γνησίας θυγατρὸς παισὶ γεγονόσιν ἀπάντων τῶν πατρῶων κληρονομία προσήκει.

CA-

e) in *Phormione Act. I. Sc. II.*

f) Cf. *Peritus* l. c. pag. 539-541. 551. seq. 582. 584.

g) de *Pyrrhi* hereditate pag. 53.

h) *ibid.* pag. 44.

i) l. c. pag. 44.

k) Quod ex *Isaio* colliges l. c. pag. 53. seq.

l) *ibidem* pag. 46.

CAPVT IV.

DE

FILII, QVI PER ADOPTIONEM IN MA-
NUM PATRIS CONVENERVNT EORVM-
QVE SVCCESIONE.

Adoptiones fiebant vel testamento vel minus. Ομηρ
μὲν, ὡ ἀνδρες inquit ISAEVS (m): προσήκειν ἑ τὰς τοιαύ-
τας ἀμφισβητῆσθαι ποιήσεις, εἴ τις αὐτὸς ζῶν καὶ ἐν φρονῶν
ἐποιήσατο etc. Putabat igitur ISAEVSEAS adoptiones haud
defectivas viribus, quas vivus et sanus quidem peregrisset,
quique non solum sacra cum adoptato suo communicasset,
sed et eum adhibitis cognatis pro suo declarans eumque
in *Tabular illas* inscribendum curans omnes observasset so-
lennitates legitimas; iisque vitii quid inesse adoptionibus,
easque solas controversiae obnoxias, quas celebrasset quis
ultimum suum editurus elogium, contra leges tamen,
puta si mentem habuerit minus integram, si eum cepe-
rit illa

quae mentem infania mutat (n),

hoc testamentum, quo te suum dixit filium adoptatum,
apud quosdam deponens. Animo iam concipias adop-
tionem illam: et adoptantis voluntatem manifestam eam-
que iure dicis legitimam.

Sed fingas hanc: certe ea admittit controversiam
multam et disceptationem. Quae cum ita se habeant,
factum est, ut multi has supposititias dicentes tabulas,
actionibus praeiudicialibus contra illos filios experti sint.

E 3

here-

m) De Apollodori Hereditate pag. 159. seq.

n) Virgil. Aeneid. L. IV.

hereditatemque in iure petierint. Etsi ego non is sum, qui neget, testamento adoptiones factas esse, et legitime quidem, id enim me docent eiusdem ISAEI haecce (o): οἱ μαι τοῖνυ παντας ὑμας εἰδέναι, ὡ ἀνδρες, ὅτι κατὰ διαθήκας αἱ εἰσαγαγαὶ τῶν εἰσποιήτων γίνονται, δίδόντων τε αὐτῶν καὶ υἱεὶς ποιούντων, ἄλλως δὲ οὐκ ἔξωσι; et ista, quae disputat alibi Idem (p): τέτων τὸν πρεσβύτερον τέτονι Χαιρέστρατον ἐποίησατο υἱόν. Καὶ ἐγράψεν ἕτως ἐν διαθήκῃ, εἰ μὴ γένοιτο αὐτῷ παιδίον ἐκ τῆς γυναίκος, τέτον κληρονομίαν τῶν αὐτῶ: tamen cum PET. WESSELINGIO (q) contra SAM. PETITVM, qui adoptionem testamento *semper* factam esse putat (r), adoptionem *interdum* testamento celebratam existimo. Adoptionem aliam praeter eam, quae testamento fiebat, obtinuisse vsu, ex eodem perspicui poterit loco, qui iam antea a nobis in medium est prolatus; vbi Orator solennitates huius adoptionis recenset legitimas: εἰ τις αὐτος γῶν (s) etc. Quae sententia et ex alio loco robur suum repetit (t): ἀλλ' ἐλθῶν ὡς τὴν ἐμὴν μητέρα, εἰ αὐτῶ δὲ ἀδελφὴν, ἣν περὶ πλείους πάντων ἐποίητο, λαβεῖν ἡξίωσέ με υἱόν, καὶ ἦτησε, καὶ ἔτυχεν.

Referebantur liberi isti legitime adoptati, in tabulas illas. Vnum, ne longus videar, exhibiturus sum locum (a): πρὶν γὰρ ἐμὲ ἦκειν ἐκ τῆς Πυθιάδος, ἔλεγε πρὸς τὲς δημότας Ἀπολλοδώρος, ὅτι πεποιημένος εἰμὲ υἱόν. καὶ ἐγγεγραφῶς εἰς τὲς συγγενεὶς καὶ Φράτορας, καὶ παραδεδάκει τὴν ἐσίαν, καὶ διεκελεύεθ' ὅπως, ἀν τι πάθοι πρότερον (b) ἐγγραφῶσί με εἰς τὸ λιξίαρχικὸν γραμματεῖον,

ΟΡΑ-

o) de Heredit. Aristarchi pag. 258.

p) de Philostemonis pag. 123.

q) in Adnot. ad Petri Comment. Lib. II. Tit. IV. p. 215.

r) Cf. Petrus l. c.

s) Isaeus de Apollodori hereditate p. 159.

t) Isaeus l. c. pag. 169.

a) Isaeus de Apollodori hereditate p. 178.

b) Subintelligas (monet te Reiskius noster ad Isaei haec) πρὶν ἢ ἐμὲ ἐπαρῆλαθῆναι.

ΘΡΑΣΤΑΛΟΝ. ΑΠΟΔΑΟΔΩΡΟΥ (c).

Adoptare quidem solos orbos potuisse, in eo omnes Iuris attici interpretes consentiunt; Qui vero intelligantur orbi? de eo non unum idemque sentit Sensus interpretum. *Legem habes apud Demosthenem*, inquit PETITVS, ἐν τῷ πρὸς Λεωχάρην (d), qua cauetur quis adoptare possit, et primum quidem a se orbis; non poterant enim, quibus superstites erant liberi, siue masculi, siue feminae, alios adoptare, qui eorum hereditatem cernerent; sed οἱ γνήσιοι παῖδες, legitimi liberi, quibus opponuntur οἱ ἐσπράκτοι adoptiui, soli cernebant paternam hereditatem. Quod egregie falsum est.

Quodsi filii existerent γνήσιοι, adoptari haud ex lege poterant alii. Quodsi vero filiae; pater, modo filiarum habeat rationem, filios poterat adoptare. Ablego, ut sententiam meam exemplis illustrem legitimis, ISAEVM meum. ἔτε γὰρ διαθεσθαι, inquit (e), ἔτε δέναι ἔδεν ἔδεν ἔξεςι τῶν ἐαυτῶ, ἀνευ τῶν θυγατέρων, εἴαν τις καταλιπῶν γησσίας τελευτῶ. Pater igitur iniuria testamentum condit in fraudem legitimarum filiarum suarum. Quod nisi in fraudem earum tendat, quo neminem laedit, victimam suam declarans voluntatem, iure suo utitur.

Hac sub lege et adoptio respondebit legibus atticis. Audias Ictum ipsum (f): ἀνευ δε τῶν γησίων θυγατέρων ἔχ' οἶοντε ἔτε ποιησασθαι ἔτε δέναι ἔδεν ἔδεν τῶν ἐαυτῶ. Quodni igitur filiarum suarum ullam habuerit rationem testator vel adoptans, certe inofficiosum eius dicendum venit testamentum, inofficiosa et adoptio. Inde praeterea *Isaeus* nouum argumentum: Si Pyrrho fuisset filia legitima,

c) Reperas quae *Isaeus* habet in *Orat. de Apollod. hered.* p. 169. seq. et legem de referendis in *Θραστέρων* album adoptiuis liberis. Addit plura loca vetusta *Sam. Petrus* ad *LL. Atticos* l. c. p. 222. 226. seq. qui et quasdam adoptionum solemnitates recenset *ibid.* p. 215. seq.

d) In *Orat. graec. Vol. II.* pag. 1095.

e) De *Pyrrhi Hered.* pag. 43.

f) *Ibid.* pag. 58.

tima, si porro ille filia sua praeterita adoptasset Endium in locum filii, adoptionem hanc a legibus fuisse reprobata[m] irritamque declarata[m] (g). Multum igitur *Petii* sententia abhorret a iure attico.

Adoptati isti liberi patris sui adoptiui cernebant hereditatem legitimam. Haud enim sine prole decessisse videbatur pater (h). Ad hoc ius prouocat *Thrasyllus* Apollodori pater (i). Quodsi filiae existerent legitimae, filii adoptiui ex more attico eas ducebant uxores, sicque salutabantur heredes (k). Pone casum, adoptatum qui iuit quem in locum filii, ei post adoptionem illam natos esse filios legitimos; aequas partes fert vterque cum filius natus legitimus, tum adoptatus. διαβήσθη ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, εἰν ποιησαμένῳ παῖδες ἐπιγίονται, τὸ μέρος ἐκάτερον ἔχειν τῆς ὑσίας, καὶ κληρονομῆν ὁμοίως ἀμφοτέρων. (l). Filii adoptiui nisi ingratos se vellent exhibere, accedebant ad patris adoptiui defuncti aras (m). Delego *Isaeum* meum (n). Hereditatem tamen filii per testamentum adoptati in iure petebant; secus liberi ex uxore legitima editi (o). Sed de his, cum in foro versabimur attico ipso, plura. Ne vero eos, quibus adoptati suam debent originem, parentes plane negligere videamur, et de his proferam quaedam. Alia iura esse agnationis, cognationisque alia, quisque iam percepit ex legum, quibus *Quirites* vsi sunt, intelligentia (p). Adoptione amittimus iura agnationis, solaque nobis adoptatis salua manent iura cognationis. Inde qui adoptatus ex manu patris sui exit,

g) *Ibid.* pag. 46.

h) *Isaeus de Philoctemonis Heredit.* pag. 156.

i) *Isaeus de Apollodori heredit.* p. 189. et in *fin. Orat.* p. 191.

k) *Isaeus de Pyrrhi heredit.* pag. 43. 46. 58.

l) *Orat. de Philoctemonis heredit.* pag. 156.

m) *Isaeus de Astyphili heredit.* pag. 233. seq.

n) *de Apollodori heredit.* pag. 179.

o) *Isaeus de Pyrrhi heredit.* pag. 52. et 51.

p) *Cf. Cuiacium in Observ. L. XXVII. C. VI. edit. Heinecc. p. 901.*

uit, nisi ex iuris formula (q) in domum illam redierit, patri suo haud existet heres legitimus. Quod I S A E V S (r). Inde nec patris agnatis succedebant (s). Inde ad matris suae vocabantur hereditatem capessendam (t). Inde de- mum ad eos Cognatorum pertinebant hereditates (v).

CAPVT V.

DE

SUCCESSIONE POSTVMORVM.

Iuris est regula, quae certe abhorret minimè a legum atticarum ratione: *Postumos quoties de eorum commodo agitur, pro iam natis haberi*. Sic ex mea sententia filii postumi secundum nostrae legitimae successione analogiam succedent; et si soli fuerint superfites, heredes vocabuntur ex asse. Quae, si ipsa verba legitima adieris, quae de liberorum successione a voce legislatoria procefferunt, nec putabis aliena a iure nostro. Summum ibi aequitatis studium! Summus fauor! De illa lege, quam Demosthenes exhibet (x), et *Isaeus* (xx), et *Aeschines* (y) nec non *Postlux* (z). Cui bono, nisi mecum Postumos heredes dixeris legitimus, ne gens familiaque desolaretur, illae Legislatorum curae? Ipsae leges nostrae?

F

CA-

- q) *Petius* Lib. VI. Tit. VI. p. 583. *Potterus* L. IV. C. XV. p. 283.
 r) *de Asypbili hered.* pag. 230.
 s) *Isaeus de Aristarchi* p. 256. et *de Asypbili* pag. 250.
 t) *Isaeus de Apollodori* pag. 17.
 v) *Isaeus ibid.* pag. 176.
 x) *In Macartatum* pag. 1076.
 xx) *De Apollodori hered.* pag. 179. seq.
 y) *in Timarchum in Orat. gr.* Vol. 3. pag. 159.
 z) *Lib. VIII. Cap. 9.*

CAPVT. VI.

DE

LIBERIS, QVOS LEGITIMOS HEREDES LEGES HAUD VOCANT ATTICAE.

Eos, qui capite minuti sunt, liberos leges nostrae haud declarant legitimos heredes. Nec itaque I) qui capitis passi sunt deminutionem maximam. Sic nec eos, vt exemplum recenseam, qui peregrinitatis damnati ad iudices prouocarant, et causa ceciderant (a). Sic nec seruos poenae, e. g. qui ἀτιμοὶ ad remum damnabantur publico iudicio. De quibus *Aristophanis Scholiastes*. Nec II) Capitis deminutionem passii mediam. Qui enim haud ciuem se gerebat, nec filius dicebatur legitimus. Hac ex causa non succedunt, criminis τῆς ἀσπρατέας, vel τῆς δειλίας conuicti, vel ob furta publica, puta residua, aut munerum acceptationes, multatae damnati (b). Cui iuri multum attulit lucis *Andocides* (c). III) Qui demum minimam

a) *Ev. Legem in Hyporb. orationis Demosthen. in Eubulidem pag. 1298. add. Vlpianum ad Demosth. de corona et Suidam et praeter Taylori praefat. et annot. ad argum. in App. civ. ad Demosthen. Vol. II. pag. 961. 966. Heraldum L. II. C. 1. pag. 83. n. 7. Festum L. II. tit. 3. pag. 209. Potterum T. I. p. 128.*

b) *Cf. Heraldum l. c. L. III. C. XIII. §. 1-4. Sic ex iuris romani dispositione nec peregrini, nec ab hoste capti, mortem passii civilem, heredis nomine quid petuerunt capere. Vid. AVG. FRID. SCHOTTIVM V. III. Decus Germaniae, in Diatr. eleg. de test. in prociuctu facto in Opuse iurid. pag. 154.*

c) *In Orat. de Mysteriis, in Orat. gr. Vol. 4. pag. 35. a quibus scelerati et flagitiosi arcebantur omnes. Vid. praeter Meursium in Eleusiu.*

nam passus est capitis deminutionem, heres haud est legitimus; iura enim amisit familiae. IV) Quibus ceu indignis hereditas erepta. Accedebant ex lege filii heredes ad aras maiorum, ut sacra facerent Diis Manibus. Meminit huius legis *Demosthenes* (d). *Liberorum igitur est vitios alere parentes, et mortuis iusta et debita facere sacra.* Qui haec officia negligebat, ita, ut et patrem relinqueret infepulcrum, exheres esse iubebatur (e). Aequae ac ille, qui patrem suum graui affecerat contumelia (f). Cuius et Legis mentionem facit *Libanius* (g). Demum V) *νόθοι* non adnumerantur legitimis heredibus. In sensu generaliori tamen (h) accipitur haec vox, ita, ut sub ea quique illegitimi veniant liberi et qui non sint ex vxore legitima ciue attica nati (i). Quod ex *Hesychio* patet (k). Illi nos nec *ἀγχιστεία* attingere videntur (l). Nolisdem et verbis legitimis vitur *Demosthenes* (m). Nosthi hisce ex causis non successerunt patri intestato titulo vniuersali. Quod adeo verum est, ut ne vnica quidem superflite filia Nothus hereditatem patris adire poterit (n). Quod ex illa *Demosthenis* lege: *ὄστις ἀν μὴ δια-
δέμενος*

F 2

δέμενος

in Gronov. Thes. Io. Aug. Bachium pro *Mysteriis Eleusiniis* in Opusc. pag. 38.

- d) in *Timocratum* pag. 733.
 e) *Syrianus* in *Hermogenem*.
 f) *Sopater* in *Hermogenem*.
 g) Tom. I. Declam. XXXVII. *Heraldus* L. I. C. VII. et C. 23. §. 7-10.
 h) Sic Spuriorum appellatione nothos et liberos naturales comprehendit ius nostrum civile. Ev. I. L. E. *PÜRTMANNI* V. III. Icti magni *Pyobabil*. I. C. L. II. C. XVI.
 i) Cf. *Heraldum de reb. et quaestionib. quotidian.* Par. 1650. C. 2. p. 13. *Petitum* L. II. tit. IV. p. 214. Interdum autem *νόθοι* peregrini. Quam significationem praeter *Suidam* exponit *Gisb. Cuperus* *Obseruat.* L. I. C. XVI. pag. 117.
 k) in *Lex.* pag. 669.
 l) *Isaues de Philoeteonis hered.* pag. 147.
 m) In *Macartatum* p. 1067.
 n) Vide *Petitum* L. IV. tit. VI. pag. 587.

Δέμνους (o) constat, et si me quidem, nothos *singulari* ti-
 tulo quid accipere potuisse, minime fugiat (p). Haec
 de Descendentibus eorumque successione legitima. Quae
 si Quibusdam grata esse sensero, de aliis dicam legitimis
 successoribus atticis

— — *ubi pulsam hiemem sol aureus egit*
Sub terras, coelumque aestiua luce reclusit (q).



o) In *Macarrarum* pag. 1067.

p) Sic intelliges quae pecunia *νοθῆα* dicta fuerit. Cf. Io. Meursium *Lect.*
Att. L. I. C. XXI. in Gronov. thes. Vol. V. Peritum l. c. pag. 588.
Potterum L. IV. C. XV. p. 279. seq.

q) *Virgil. Georg. Lib. IV. vs. 51.*

Frankfurt a. O., Diss., 1776-77

ULB Halle


007 520 611

3



W18





B.I.G.

Farbkarte #13

DE
INTESTATORVM ATHENI-
ENSIUM HEREDI-
TATIBVS

10
1778, 2

DISSERTATIO PRIMA.

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO
GRADV DOCTORIS
LEGITIME OBTINENDO
DEFENDET
AVCTOR RESPONSVRVS
FRIDERICVS NATHANAEL VOLCMARVS.



AD DIEM XVI. OCTOBRIS MDCCCLXXVIII.
IN AVDITORIO ICTORVM HORIS ANTE ET POMERIDIANIS.

TRAIECTI AD VIADRVM,
E TYPOGRAPHEO WINTERIANO.

